BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

M. TVLLIVS CICERO

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 24

ORATIO
DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS
ORATIO
PRO L. CORNELIO BALBO

EDIDIT

TADEUSZ MASLOWSKI

OPVS EDITORIS MORTE INTERRVPTVM
PRAEFATIONE INSTRVXIT
M. D. REEVE



BEROLINI ET NOVI EBORACI
WALTER DE GRUYTER MMVII

∞ Gedruckt auf säurefreiem Papier,
das die US-ANSB-Norm über Haltbarkeit erfüllt.

ISBN 978-3-11-019749-5

Bibliografische Information der Deutschen Nationalbibliothek

Die Deutsche Nationalbibliothek verzeichnet diese Publikation in
der Deutschen Nationalbibliografie; detaillierte bibliografische Daten
sind im Internet über http://dnb.ddb.de abrufbar.

Printed in Germany
Satz: Andreas H. Buchwald, Leipzig
Druck und Bindung: Hubert & Co., Göttingen

PRAEFATIO

E Macedonia redux Cicero unius anni spatio cum senatui tum populo gratias egit, de domo sua ac de haruspicum responsis disseruit, Sestio Caelio Balbo defensorem se praebuit, redarguit in causa Sestiana Vatinium testem, de provinciis consularibus sententiam dixit[1]. Has novem orationes florente adhuc imperio Romano aliquis seu rerum collabente re publica gestarum peritus seu probis de Cicerone commentariis usus in unum corpus redegit, ita tamen ut decimam praemitteret tamquam pridie quam in exilium iret pronuntiatam, quam spuriam esse iam ineunte saeculo .xv.° sagax quidam Italus deprehendit[2].

Hanc ab antiquitatis studiosis mirum in modum neglectam prima post a. 1856 excussis codicibus Mediolani a. 1991 apud Arnoldum Mondadori edidit Maria De Marco, ceteras ter iam in Bibliothecam Teubnerianam receptas ut denuo ederet a. 1975 pactus est Casimiri Kumaniecki olim discipulus Thaddaeus Maslowski, in Californiam interim sede translata. Is post absolutos annis 1981 1986 1995 fasciculos 21 22 23, quorum primo orationes de reditu de domo de haruspicum responsis habitas amplexus est, altero Sestianam, tertio Vatinianam et Caelianam, non statim ad duas quae restabant perrexit sed precibus eorum qui Bibliothecae praesident obsecutus deverticulo ad Catilinarias venit, quae antiqui illius corporis orationes codicum copia et varietate tam longe antecedunt ut editionis curandae munus arduum fuerit; cui tamen omnium consensu facile se parem praestitit. His igitur donec a. 2003 in fasciculo 17 emissae sunt occupatus, ad corpus illud continuo non imminutis animi viribus rediit, sed ingravescente subito valetudine qua diu laboraverat aestate anni 2005 excessit e vita.[3]

[1] Cf. operis a Nino Marinone confecti (Romae 1997), ab Hermanno Malaspina emendati (Romae et Bononiae 2004), *Cronologia ciceroniana*, pp. 112-13 et 118-20.

[2] Cf. quae dixi in *Texts and transmission,* ed. L. D. Reynolds (Oxonii 1983), 57 n. 11; *C. R.* 98 (1984) 42-43 ad codices 42 et 80 Silviae Rizzo, *Catalogo dei codici della 'Pro Cluentio' ciceroniona* (Genuae 1983); 'Priestly *Periochae*', *R. F. I. C.* 129 (2001) 148-60, praesertim pp. 156-57.

[3] Elogium scripsit A. R. Dyck, *Gnomon 78* (2006) 574-75.

Reliquit autem utriusque quae hic prodit orationis textum satis ut ipsi videbatur elucubratum cum apparatu critico et appendice orthographica. Deerant praefatio, testimonia, conspectus notarum, index nominum, et in indice librorum adhibitorum, cui conficiendo nondum ut videtur multum laboris impenderat, aderant complura quae ad has orationes non pertinebant, deerant nonnulla ad apparatum intelligendum necessaria. In summa tamen eo opus pervenerat ut non iniuria tam Bibliothecae praesides quam uxor devotissima et cum mariti studiis coniunctissima enitendum putarent ne cum auctore interiret. Ea igitur quicquid invenerat redactoribus tradidit, illi mecum communicaverunt si forte dignum aestimarem quod praefatione addita iuris publici fieret; quas inferias manibus viri latine doctissimi et de Cicerone optime meriti libens mitto.

A codicibus incipio. Iampridem constat omnem antiqui illius corporis memoriam tribus deberi testibus, quorum duo superstites sunt, **P** scilicet et multis in locis decurtatus **H**, tertius vero ex prole cognoscitur, et ita quidem ut codices **GE** ceteros eiusdem stirpis et aetate et fide superent. Accedit in Sestiana fragmentum **L**eidense Voss. Lat. F 67 ff. 1-2 codicis **P** fere aequale; in Caeliana, ut de fragmentis vetustioribus taceam, codicis Cluniacensis progenies a corpore illo prorsus alieni; item in oratione qua senatui gratias egit fons quidam ex Germanicis praesertim testibus notus[4]. De codicibus **PGEH**, de correctore **P²**, de vinculis quibus inter se colligantur, in fasciculis 21 22 23 uberrime disputatum est, neque aliud quicquam hic attinet dicere quam editorem ut in ceteris orationibus, ita in his duabus omnes ipsum contulisse singulasque eorum discrepantias in apparatu citare.

Ex recentiorum testium turba, utpote tota aut ex **P** aut ex **H** aut ex eodem fere quo **GE** fonte deducta, mirum esset si quicquam praeter coniecturas vel felices errores protrahi posset, sed adiecit editor hic illic codices italicos **AJSb**, editiones Romanam et Venetam anni utramque 1471; quod cur omnino fecerit, aut cur cum facere statuisset hos potissimum elegerit, aut cur semel citatos non constanter citarit, ne lectis quidem

[4] Cf. *Texts and transmission* pp. 57-61. Codices **PLGEH** et Bernensem 136, codicis **P** apographon, descripsit B. Munk Olsen, *L'étude des auteurs classiques latins aux XIe et XIIe siècles,* I (Parisiis 1982) 148-50 C 46, 151 C 51, 155-56 C 66, 198 B 208, 215-16 C 251, 270 B 423; recentiores multos, ex quibus 117 orationem de provinciis consularibus, 126 orationem pro Balbo habitam continent, Rizzo in catalogo supra citato. De oratione qua senatui gratias egit cf. quae dixi in 'Some applications of Pasquali's "criterio geografico" to 15th-century Latin manuscripts' apud G. Cavallo, *Le strade del testo* (Barii 1987), 1-10, praesertim pp. 6, 7-8.

praefationibus in Sestianam et Vatinianam satis intelligere me fateor[5]. Sic contra mihi persuaseram, in oratione pro Balbo habita, quo ad unum saltem codicum italicorum fontem propius accederetur, conferendum prae ceteris esse Ottobonianum Latinum 1710, quem etiam ipse in Sestianae praefatione commemorat[6]. Huius igitur codicis imagine inspecta, nihil eum cum **H**, ut in codicibus italicis solet fieri, multa vero cum **GE** omittere comperi, velut cap. 12 *voce,* 16 *omnis gentes,* 25 *hominum,* 29 *omnes,* 45 *de iure,* 49 *ille,* 52 *fundus, non,* 56 *dubia,* 59 *pro,* 61 *amplissimo ornavit*; nec minoris momenti est quod in cap. 16 ante *atque*, ubi vocem deesse cuivis patet, non *experta* ut **H** supplet sed *praesens*, unde apparet cur in **AJSb²** et ed. Romana legatur *praesens experta*. Vix autem casu factum existimo quod deest in eo oratio de provinciis consularibus habita; nam nec Leonardus Arretinus eam in litteris a. 1408 ad Nicolaum missis attigit neque inter lectiones ex testibus italicis in apparatu citatas ullam reperio quae non ad codicem **H** possit referri, qui praeter pauca quae casu procul dubio exciderunt, velut cap. 11 *Gabinii,* 20 *sicut,* 43 *fortasse,* 44 *mihi,* 45 *summa auctoritate, servarat ... de caelo,* 46 *res,* orationem integram servat. Moneo tamen codicis **P** nepotem, Marcianum scilicet 272 bibliothecae Laurentianae, Nicolao praesto fuisse[7].

Inter lectiones quas ex codicibus affert nullam offendi quae neglegen-

[5] V. illic p. xix, hic pp. xciii-xciv. Cf. ea quae in censura fasciculi 23 de codicibus italicis disceptavimus ego ipse, *R. F. I. C.* 125 (1997) 333-37, et S. P. Oakley, *C. R.* n. s. 48 (1998) 42-45, cuius opinioni totus assentior.

[6] P. xviii. 87 quos noverat orationis pro Balbo habitae codices in quinque familias digessit Aetius Ornato adiuvante S. Regnier, 'Classification automatique des manuscrits des discours de Cicéron fondée sur le choix et l'ordre des discours', *R. H. T.* 9 (1979) 329-41, praesertim pp. 336-41; Ottobonianus autem is est quem VOT5 vocat. Cf. etiam 'Before and after Poggio: some manuscripts of Cicero's speeches', *R. F. I. C.* 112 (1984) 266-84, ubi tamen non multum habui quod de his duabus orationibus dicerem, totamque in fasciculo 7 de Quinctianae codicibus disputationem, pp. vii-xliv.

[7] Cf. quae dixi in *R. F. I. C.* 112 (1984) 268-69, 284 n. 1; 'Codici tedeschi di Cicerone', *Ciceroniana* n. s. 6 (1988) 77-86, praesertim p. 81; 'The circulation of classical works on rhetoric from the 12th to the 14th century' apud *Retorica e poetica tra i secoli XII e XIV* (Florentiae 1988), 109-24, praesertim p. 121 n. 17. De primis harum orationum circa id tempus lectoribus cf. Ornato, 'La redécouverte des discours de Cicéron en Italie et en France à la fin du XIVᵉ et au début du XVᵉ siècle' apud *Acta conventus neo-latini Bononiensis,* ed. R. J. Schoeck (Binghamton 1985), 564-76, praesertim pp. 568-69.

tiae suspicionem moveret. In coniecturarum autem auctoribus indicandis longe aliter rem inveni administratam. Inveteratum enim apud editores morem secutus saepe compendio 'edd.' usus est nullo nominato, nec semper locum repertu difficilem reclusit aut inter plura eiusdem viri docti opera suum cuique reddidit; adice quod multa recentiori cuidam editioni tributa alia iam praebet antiquior. Si vita suppeditasset, fortasse plura fecisset: ego quod potui vel correxi vel adiunxi. Parum tamen in his orationibus exploratae sunt recentiorum codicum lectiones, quos non sine fructu excuti docet Quinctiana[8].

Meras scripturae discrepantias in appendicem orthographicam relegavit, quod ipse in prioribus fasciculis non fecerat, fecerat a. 1971 Ioannes Carolus Giardina in orationis pro Balbo habitae editione Mondadoriana, cuius tamen nulla usquam in chartis eius fit mentio. Pauca ex appendice in apparatum criticum, plura invicem transtuli.

In textu non erat meum a iudicio eius recedere, sed in prioris orationis capitulo 36 vocem eieci *dissidere,* quam luce clarius apparebat eum repudiaturum fuisse; nam cum Madvigio *alienius* scripserat. Genetivi formas quae in *-ii* exibant multas reliquit, sed priores eius fasciculos sequor, qui contractas exhibent.[9] Distinctionem hic illic leviter inflexi sublata aut addita virgula.

Indicem librorum ita refeci ut dempto siquid ad has orationes non pertinebat cetera in duas partes separarem, in altera libris ab ipso enumeratis nihil adderem[10], priorem ad apparatum accommodarem.

Postremum hunc diligentiae suae fructum, modo iuste maturuisset, haud scio an matri carissimae, studiorum eius in adulescentia super omnes nutrici atque incitatrici, inscripturus fuerit vir et suis et litterarum latinarum curiosis grata memoria prosequendus.

Cantabrigiae a. d. XIV Kal. Sept. a. MMVI M. D. Reeve

[8] Cf. fasciculi 7 pp. xxxiv-xliv, lxxi-lxxiii. Ut ex orationibus de quibus hic agitur exempla praeferam, in alterius cap. 11 codex Ottob. Lat. 1710 cum Lambino habet *perpendemus,* in cap. 12 cum Angelio omittit *et*.

[9] Cf. fasciculi 21 p. xxxv, 22 p. xl, 23 p. cvii.

[10] Addendus siquis alius fuit D. R. Shackleton Bailey, 'On Cicero's speeches', *H. S. C. P.* 83 (1979) 237-85, qui pp. 274-75 in orationis pro Balbo habitae capitulo 10 *qua tanta* coniecit ita conformata in sequentibus distinctione ut non post *esse debet* sed post *recusanti* sisteretur, p. 275 in alterius orationis capitulo 18 *at Ti. Gracchus* (sic iam ed. Gryph. non saeculi .xviii.[i] ut dicit sed anni 1546 ab Aemilio Ferretto curata), deinde in capitulo 21 *at vero M. ille Lepidus*.

INDEX OPERVM
IN APPARATV CRITICO CITATORVM

Abramus, N., Commentarius in tertium volumen orationum M. T. Ciceronis, pars prior, Lutetiae Parisiorum 1631

Angelius, N., M. T. Ciceronis orationes, Florentiae 1515

Ascensius, Io. Bad., M. Tullii Ciceronis orationes, Lutetiae Parisiorum 1531[11]

Busche, K., Zu Ciceros Reden, Jahrb. für Class. Philol. 153, 1896, 565-573

Butler, H. E., et Cary, M., M. Tulli Ciceronis de provinciis consularibus oratio ad senatum, Oxford 1924

Cobet, C. G., cum aliis, Verbeteringen op Cicero, Mnemosyne 3, 1854, 229-234

Cousin, J., Cicéron, Discours XV, Paris 1962

Ernesti, J. A., M. Tullii Ciceronis opera omnia, voluminis II pars II, Halis Saxonum 1773[12]

Garatoni, G., M. Tullii Ciceronis opera, tom. XI, Neapoli 1788

Gardner, R., The Loeb Classical Library, Cicero vol. XIII, London and Cambridge Massachusetts 1958

Gemoll, W., Kritische Bemerkungen zu lateinischen Schriftstellern, vol. I, Liegnitz 1890

Gneisse, Carl, Zu Cicero de provinciis consularibus, Jahrb. für Class. Philol. 119, 1879, 176

Graevius, J. G., M. Tullii Ciceronis orationes, tom. III pars I, Amstelodami 1699

Gruter, J., M. Tullii Ciceronis opera omnia quae exstant, vol. II, Hamburgi 1618

[11] Quae ex hac editione afferuntur nondum inveniuntur in Ascensiana anni 1527.

[12] In edd. Lipsiensi anni 1737 et Halensi anni 1756 nondum adsunt ampliores notae, et desunt in editione minore eiusdem anni 1773, nisi quod a. demum 1806 ex eadem officina prodierunt *Praefationes et notae ad M. T. Ciceronis operum omnium editionem maiorem, editionis Ernestianae minoris supplementum,* ubi v. pp. 617–40. In catalogis autem inter maiorem et minorem nullum discrimen invenio. Maiorem sequitur ed. Oxoniensis anni 1810.

Halm, C., M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia, ex recensione Io. Casp. Orellii. Ed. altera emendatior. Opus morte Orellii interruptum continuaverunt I. G. Baiterus et Car. Halmius. Vol. II pars II, Turici 1856

Kappeyne van de Coppello, N. J. B., cum aliis, Verbeteringen op Cicero, Mnemosyne 3, 1854, 229-234

Kayser, C. L., M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia, ed. J. G. Baiter – C. L. Kayser. Orationes rec. C. L. Kayser: 5.3, Lipsiae 1862

Klotz, A., M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia, vol. VII, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1919

Klotz, R., M. Tullii Ciceronis scripta quae manserunt omnia, partis II vol. III, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1872[13]

Kok, A. G., Diss. lit. exhibens quaestiones Plutarcheas, Lugduni Batavorum 1863

Kraffert, H., Beiträge zur Kritik und Erklärung lateinischer Autoren, Aurich 1883

Lallemand, J. N., M. Tullii Ciceronis opera, tom. VI, Parisiis 1768

Lambinus, D., M. Tullii Ciceronis opera omnia quae exstant, tom. II, Lutetiae 1565

Lambinus, D., Orationum M. T. Ciceronis vol. III, Lutetiae 1572

Landgraf, G., Jahresbericht über die Litteratur zu Ciceros Reden aus den Jahren 1893-1895, Bursian 89, 1896, 63-85

Lattmann, J., Ciceronem orationis pro Archia poeta revera esse auctorem demonstratur, Gottingae sine anno, qui 1847 fuisse creditur

Lehmann, Carl A., Quaestiones Tullianae, Hermes 14, 1879, 212-228

Luterbacher, F., Ciceros Reden 1885-1886, Jahresbericht des Philologischen Vereins zu Berlin 13, 1887, 218-243

Madvig, J. N., Opuscula academica, Hauniae [2]1887, 408-447

Madvig, J. N., Adversaria critica, vol. 2, Hauniae 1873, 226; vol. 3, Hauniae 1874, 145-146

Manutius, P., M. Tullii Ciceronis orationum volumen tertium, Venetiis 1541

Manutius, P., item, Venetiis 1554

Manutius, P., item, Venetiis 1562

Manutius, P., In M. Tullii Ciceronis orationum volumen tertium commentarius, Venetiis 1579

Müller, C. F. W., Zu Cicero, Philologus 19, 1863, 623-632

[13] Editione emendatiore usus videtur M., quam non a. demum 1872 ut credidit sed prius prodisse auctor est catalogus Caroliruhensis; nam Gothanae bibliothecae exemplar annum 1867, Berolinensis annum 1871 prae se ferre testatur (quod ad Gothanum attinet recte, ut certiorem me fecit bibliothecaria Erfurtensis Annette Gerlach; nec de altero dubito). Prior certe editio, quae a. 1853 prodiit, coniecturis aliquot caret quas recentiores editores huic Klotzio tribuunt.

Müller, C. F. W., Kritische Bemerkungen zu lateinischen Prosaikern, Gymn.-Progr., Landsberg a. d. W. 1865
Müller, C. F. W., M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia, partis II vol. III, Lipsiae in aedibus B. G. Teubneri 1886
Müller, Ernst, Einleitung zu Ciceros Rede de provinciis consularibus, Progr. des Gymn. Kattowitz 1886

Naugerius, A., M. T. Ciceronis orationum volumen tertium, Venetiis 1519
Naugerius, A., M. Tullii Ciceronis opera, tom. II, Venetiis 1534
Nipperdey, K., Zu Ciceros Reden, Philologus 3, 1848, 141-147 = Opuscula, Berolini 1877, 458-465
Nisbet, R. G. M., M. Tulli Ciceronis in L. Calpurnium Pisonem oratio, Oxford 1961
Nisbet, R. G. M., Cicero, De provinciis consularibus, § 6, C. R. 75, 1961, 201

Orelli, Io. Casp., M. Tullii Ciceronis opera quae supersunt omnia, vol. II pars II, Turici 1826
Orelli, Io. Casp., M. Tullii Ciceronis de provinciis consularibus oratio e codd. emendata, Ind. lect., Turici 1833

Paul, Wilhelm, Studia Ciceroniana, Progr. d. Sophien-Gymn., Berlin 1875
Peterson, W., Cicero's post reditum and other speeches, C. Q. 4, 1910, 167-177
Peterson, G. (= W.), M. Tulli Ciceronis orationes (p. red. in sen., p. red. ad Quir., dom., har. resp., Sest., Vat., prov. cons., Balb.), Oxonii 1911
Pluygers, W. G., Lectiones Tullianae, Mnemosyne 6, 1857, 259-274
Pluygers, W. G., Lectiones Tullianae, Mnemosyne 10, 1861, 97-112
Pluygers, W. G., apud C. G. Cobet, Ἀπομνημονεύματα Guilielmi Georgii Pluygers ad Ciceronis orationes, Mnemosyne n. s. 9, 1881, 131-148

Rau, S. J. E., Variarum lectionum ad Ciceronis orationes liber II, Lugduni Batav. 1842
Reid, J. S., Ciceronis pro L. Cornelio Balbo oratio ad iudices, Cambridge 1878
Rumpf, Frid. Car., Spicilegium observationum in Ciceronis pro L. Corn. Balbo orationem, Progr. paedag. acad. Gissae 1814

Sorof, F. G. G., censura ed. Gustavi Tischer, Zeitschrift für das Gymnasialwesen 15, 1861, 758-788
Stangl, Thomas, Tulliana et Mario-Victoriniana, Progr. des Luitpold-Gymn. München, Leipzig 1888
Stephanus, Carolus, Opera omnia M. Tullii Ciceronis, tom. II, Lutetiae 1554
Sylvius, F., Pro L. Cor. Balbo M. T. Ciceronis oratio F. Sylvii Ambiani commentariis declarata, (Parisiis) 1531

Tischer, Gustav, Cicero's Reden für Lucius Murena und über die Consularprovinzen, Berlin 1861

Ursinus, F., In omnia opera Ciceronis notae, Antverpiae 1581, 253-257

Valesius, Henricus, Nicolai Rigaltii, Ismaelis Bullialdi et Henrici Valesii observationes de populis fundis, Divione 1656, repetitae in J. G. Graevii Thesauro antiquitatum Romanarum, tom. II, Traiect. ad Rhen. et Lugd. Batavor. 1694, 1925-1950

van der Vliet, Joannes, Cicero de provinciis consularibus § 33, Mnemosyne 22, 1894, 408

van der Vliet, Joannes, Varia ad varios, Mnemosyne 23, 1895, 109-116

van der Vliet, Joannes, De provinciis consularibus § 4, Mnemosyne 28, 1900, 128

Vossius, Is., Observationes ad Pomponium Melam de situ orbis, Hagae-Comitis 1658

Weidner, Andreas, Adversaria Tulliana, Progr. des Gymn. Dortmund 1885

Weiske, B., M. Tullii Ciceronis orationes octo selectae, Lipsiae 1806 (inest or. pro Balbo)

Wrampelmeyer, H., Codex Wolfenbuttelanus Nr 205, olim Helmstadiensis Nr 304, primum ad complures quas continet Ciceronis orationes collatus, pars V, Clausthaliae 1880

Zielinski, T., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden, Leipzig 1904

INDEX COMMENTATIONVM QVAS EDITOR AD TEXTVM HARVM ORATIONVM PERTINERE COMPERERAT SED NVM CITATVRVS FVERIT, SAEPE NVM OMNINO VIDERIT, NON LIQVET

Bernhard, Julius Adolf, Über Ciceros Rede von den Konsularprovinzen, Progr. des Vitzthumschen Gymn., Dresden 1890

Buechner, C. Guil., Annotationum criticarum ad M. Tullii Ciceronis orationem pro L. Cornelio Balbo habitam. Part. I et II. Gymn.-Progr. Schwerin 1864, 1866

Elout, Petrus Jacobus, Disputatio iuridica inauguralis ad M. Tullii Ciceronis orationem pro L. Cornelio Balbo, Lugduni Batavorum 1828

Gasquy, A., De M. Tullii Ciceronis pro L. Cornelio Balbo oratione sive de civitatis iure ex ciceronianis libris, Lutetiae et Aquis Sextii 1886

Hoche, Johannes, De L. Cornelio Balbo, Programm der Klosterschule Rossleben, Halle a. S. 1882

Jullien, Émile, De L. Cornelio Balbo Maiore, Lutetiae Parisiorum 1886

Klussmann, Ernst, Commentatio de Alberici mythographi codice Gothano altero, cum corollario coniectaneorum ad tres scriptores latinos, Rudolphopoli 1867, 23

Koch, Herm. Ad., Bemerkungen zu Cicero's Reden, Rhein. Mus. 13, 1858, 284-289

Koch, Herm. Ad., Conjectanea Tulliana, Naumburg 1868

Nisbet, R. G. M., censura ed. Iohannis Cousin, C. R. 77, 1963, 300-302

Sauppe, Hermann, Variae lectiones, Gottingae 1890, 17 = Ausgewaehlte Schriften, Berlin 1896, 824-825

Spanoghe, Em., Emendationes Tullianae, Miscella, Lugduni Batavorum et Lovanii 1890

Stanger, J., Bemerkungen zu Tischer's Ausgabe der Ciceron. Rede 'de provinciis consularibus', Blätter für das Bayer. Gymnasialschulwesen 2, 1866, 107-113

Trojel, F. C. L., Zu Horatius und Cicero, Jahrb. für Class. Philol. 73, 1856, 182-185

Tschiassny, Mauricius, Cic. pro L. Corn. Balbo XIV 33, Wiener Studien 9, 1887, 325-326

Ussing, Johan Louis, Den egentlige Betydning af Udtrykket provinciae consulares og praetoriae. I Anledning af Cic. de prov. cons. 15, 37, in Det philologisk-historiske Samfunds Mindeskrift I Anledning af dets femogtyveaarige Virksomhed 1854-1879, Kjøbenhavn 1879, 55-63

Wernsdorf, Gregor Gottlieb, Notae criticae et philologicae in orationem pro Cornelio Balbo, Progr. 4, Numburgi 1804

M. TVLLI CICERONIS ORATIONES
DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS ET PRO BALBO

CONSPECTVS SIGLORVM

P	codex Parisinus 7794 s. ix$^{med.}$ in urbe Turonum scriptus
	P^1 = prima manus
	P^2 = correctiones eiusdem fere aetatis
G	codex Bruxellensis 5345 (olim Gemblacensis) s. xi$^{in.}$ Gemblaci scriptus
	G^1 = prima manus
	G^2 = correctiones paulo recentiores
E	codex Berolinensis lat. fol. 2° 252 (olim Erfurtensis) s. xii$^{in.}$ Corbeiae novae scriptus
V	codex Vaticanus Palatinus Lat. 1525, a. 1467 Heidelbergae ut videtur scriptus (Gruteri nonus), codicis E affinis et in principio tantum or. de prov. cons. ad sarciendum eius defectum adhibitus
H	codex Harleianus 4927 s. xii$^{med.}$ in media Francia scriptus, in quo orationes decurtatae exstant
	Rarius citantur:
A	codex Med. Laur. 48. 10 a. 1416 Florentiae a Ioanne Arretino scriptus
J	codex Med. Laur. 48. 11 c. aa. 1410-20 Florentiae a Poggio scriptus
S	codex Monacensis 15734 (olim Salisburgensis) c. aa. 1465-70 Florentiae a Bastiano Foresi scriptus
b	codex Florentinus Bibl. Nat. Conv. Suppr. J 4 4 (olim Divi Marci 255), Florentiae c. aa. 1450-60 scriptus
	b^2 = correctiones paulo recentiores a Georgio Antonio Vespucio factae

ed. V.	editio Veneta 1471
ed. R.	editio Romana 1471
ed. Med.	editio Mediolanensis 1498
ed. Bon.	editio Bononiensis 1499

NOMINVM COMPENDIA

Ang.	Angelius	*Man*.	Manutius
Bai.	Baiter apud Halm	*Mdv*.	Madvig
Cou.	Cousin	*Mue*.	C. F. W. Müller
Ern.	Ernesti	*Naug*.	Naugerius
Gar.	Garatoni	*Or*.	Orelli
Gru.	Gruter	*Pant*.	Pantagathus apud Ursinum
Ha.	Halm	*Pet*.	Peterson
Kay.	Kayser	*Pluy*.	Pluygers
A. Kl.	Alfr. Klotz	*Syl*.	Sylvius
R. Kl.	Reinh. Klotz	*TLL*	Thesaurus Ling. Lat.
Lb.	Lambinus	*Zie*.	Zielinski

M. TVLLI CICERONIS IN SENATV DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS ORATIO

1 1 Si quis vestrum, patres conscripti, exspectat quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit quid sentire me conveniat, cum quid mihi sentire necesse sit cogitarit. ac si princeps eam sententiam dicerem, laudaretis profecto; si solus, certe ignosceretis; etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur, veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. nunc vero, patres conscripti, non parva adficior voluptate, vel quod hoc maxime rei publicae conducit, Syriam Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat, vel quod habeo auctorem P. Servilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum et cum ⟨in⟩

Inscr. INCIP(i)T IN SENATU(m) DE PROVINTIIS CONSULARIB P : INCIPIT IN SENATV DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS G: *in* E *nunc deest initium orationis usque ad verba l.* **7** patres conscripti non par, *sed defectus optime sarcitur codice* V, *ubi haec inscribuntur*: Incipit Oratio marci tulii Ciceronis de provinciis consularibus : INCIPIT DE P(ro)VINTIIS CONSVLARIB(us) IN SENATV H : M. TVLLII CICERONIS ORATIO DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS INCIPIT FELICITER A : M. TVLLII. CICERONIS. ORATIO. DE PROVINCIIS. CONSVLARIBVS INCIPIT. FELICITER J : M. T. CICERONIS DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS ORATIO INCIPIT S : M. T. CICERONIS DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS Oratio Incipit b : M. Tul. Ciceronis de Provintiis Consularibus Oratio *ed. R.* : *om. ed. V. Gell. 15,5,5* Cicero in oratione quam habuit de provinciis consularibus. *cf. 3,16,19. Asc. p. 11,18 St.* cum revocati essent ex provinciis Piso et Gabinius sententia Ciceronis quam dixerat de provinciis consularibus Lentulo et Philippo coss. (*a. a. Chr. 56*) *eqs.*

2 potissimum PHAJSb[2] *edd. R. et V.* : *om.* GVb[1] || **3** sint PVHASb *ed. R.* : sunt GJ *ed. V.* | sentire me PGVHAJSb : me sentire *ed. R.* || **6** dolori PG[2]VH : -rem G[1] || **7** -va adficior *accedit* E | quod hoc PHAJSb *edd. R. et V.* : hoc quod GE || **8** rei p. PHG : .p. E || **10** in H[2]AJSb *edd. R. et V.* : *om.* PGEH[1] *cf. A. Kl.*

universam rem publicam, tum etiam erga meam salutem fide ac benevo-
2 lentia singulari. quod si ille et paulo ante, et quotienscumque ei locus di-
cendi ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem, duo rei publicae portenta ac
paene funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne
scelus eorum et importunam in me crudelitatem non solum sententia sua, 15
sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit, quonam me animo in
eos esse oportet, cuius illi salutem pro pignore tradiderunt ad explendas
suas cupiditates? sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo,
non iracundiae serviam. quo animo unus quisque vestrum debet esse in
illos, hoc ero: praecipuum illum et proprium sensum doloris mei, quem 20
tamen vos communem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia
dicenda amovebo, ad ulciscendi tempora reservabo.

2 3 Quattuor sunt provinciae, patres conscripti, de quibus adhuc intelle-
go sententias esse dictas, Galliae duae, quas hoc tempore uno imperio
videmus esse coniunctas, et Syria et Macedonia, quas vobis invitis et op- 25
pressis pestiferi illi consules pro perversae rei publicae praemiis occupa-
verunt. decernendae nobis sunt lege Sempronia duae. quid est quod pos-
simus de Syria Macedoniaque dubitare? mitto quod eas ita partas habent
ii qui nunc optinent, ut non ante attigerint quam hunc ordinem condem-
narint, quam auctoritatem vestram e civitate exterminarint, quam fidem 30
publicam, quam perpetuam populi Romani salutem, quam me ac meos
4 omnis foedissime crudelissimeque vexarint. omnia domestica atque ur-
bana mitto, quae tanta sunt ut numquam Hannibal huic urbi tantum mali

11 meam PGH : eam E ‖ **13** portenta PGH : potentia E ‖ **15** sententia P^2GEH : sentia P^1 ‖ **16** notandos PGH : -do E ‖ **16–17** in eos esse oportet PGE : esse oportet in eos HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **17** cuius PH : cui GE | explendas Sb *ed. R.* : expiendas P^1 : expiandas P^2GEHAJ *ed. V.; cf. TLL IV 1420,4* ‖ **18** sed PGH : si E | hac P^2GEH : ac P^1 | parebo PG^2EH : parabo G^1 ‖ **19** non PGEH^2 : nunc H^1 | quo P^2GEH : quod P^1 | vestrum PGEH^2ASb^1 *edd. R. et V.* : nostrum H^1Jb^2 ‖ **20** illos hoc *ed. Bon.* : illo hoc PHAJSb *edd. R. et V.* : hoc illo hoc GE | ero P^2GEH : pro P^1 : ⟨ego⟩ ero *Kra. 119* ‖ **21** duxistis Pb *ed. R.* : dixistis GEHAJS *ed. V.* ‖ **22** dicenda H^2AJSb *edd. R. et V.* : -di G : ducenda P : docenda EH^1 ‖ **25** invitis PGH : inv∗∗∗ E ‖ **26** pro PGHb^2 : *om.* Eb^1 | perversae PEb^1 *ed. V.* : eversae GHAJSb^2 *ed. R. cf. Vat. 23, 288* ‖ **27** nobis sunt P^2GEH : sunt nobis P^1 | quod PG^2EH : *om.* G^1 ‖ **28** partas PGH : -tes E ‖ **29** ii PGH : hi E ‖ **30** e civitate PGH : et civitatem E ‖ **32** foedissime crudelissimeque PGH : fidissime crudelissime E | omnia P : omnia illa GEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **33** sunt P^2GEH : sint P^1

optarit quantum illi effecerint. ad ipsas venio provincias. quarum Ma-
35 cedonia, quae erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus
sed tropaeis, quae multis victoriis erat iam diu triumphisque pacata, sic a
barbaris quibus est propter avaritiam pax erepta vexatur, ut Thessaloni-
censes positi in gremio imperi nostri relinquere oppidum et arcem munire
cogantur, ut via illa nostra quae per Macedoniam est usque ad Hellespon-
40 tum militaris non solum excursionibus barbarorum sit infesta, sed etiam
castris Thraeciis distincta ac notata. ita gentes eae quae ut pace uterentur
vim argenti dederant praeclaro nostro imperatori, ut exhaustas domos re-
plere possent, pro empta pace bellum nobis prope iustum intulerunt.

3 5 Iam vero exercitus noster ille superbissimo dilectu et durissima con-
45 quisitione collectus omnis interiit magno hoc dico cum dolore. mise-
randum in modum milites populi Romani capti necati deserti dissipati
sunt, incuria fame morbo vastitate consumpti, ut quod est indignissimum,
scelus imperatoris [in] poena[m] exercitus expiatum esse videatur. atque
hanc Macedoniam domitis iam gentibus finitimis barbariaque compressa
50 pacatam ipsam per se et quietam tenui praesidio atque exigua manu etiam
sine imperio per legatos nomine ipso populi Romani tuebamur. quae nunc
consulari imperio atque exercitu ita vexata est vix ut se possit diuturna
pace recreare; cum interea quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat,
Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis, vectigal ac

35 imperatorum GH : impetorum PE ‖ **36** pacata PG[2]EH : pacta G[1] ‖ **37** est PGEH[2] : *om.* H[1] | pax (-x *in ras.*) P | vexatur GHAJSb *edd. R. et V.* : versa- PE ‖ **38** munire GEH : munere P ‖ **39** cogantur PGH : cogitarunt E ‖ **41** eae PGH : esse E ‖ **42** ⟨magnam⟩ *vel* ⟨maximam⟩ vim *van der Vliet*[3] *128* | argenti PGEH[1] : -tea H[2] | nostro imperatori PGE : imperatori nostro HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **44** superbissimo P[2]GEH : -issima P[1] | dilectu (dil- *in ras.* P) PH : del- GE ‖ **45** interiit H : -rit PGE ‖ **48** imperatoris PGE : is imperator HAJSb *edd. R. et V.* | [in] poena[m] exercitus expiatum esse *Reid apud Pet.*[2] *post Kappeyne van de Coppello 232–233, qui* in [poenam] exercitum expiatum esse *coniecit; cf. Pis. 85* tua scelera di immortales in nostros milites expiaverunt : in poenam exercitus expetitum esse P : in poenam exercitus expetitus (-tur G) esse GEHAJSb *edd. R. et V.* : in patriam (*pro* in poenam) exercitumque expiatum esse *Pet.*[1], *Butler-Cary 50* ‖ **49** compressa PGH : compessa E ‖ **50** ipsam PEH : ipsa G | etiam PGH : et tam E ‖ **51** per legatos nomine PH : perlegata sunt nomen E : legatos nomine G ‖ **52** consulari imperio HAJSb *edd. R. et V.* : consulario PGE | atque P[1]GEH : atqui P[2] | vix ut PG[1]E : ut vix G[2]H | se PGH : *om.* E ‖ **53** recreare PG[2]H : -ari G[1]E | interea quis P[2]G[2]H : inter aquis P[1]G[1]E | vestrum PEH : nostrum G

portorium Dyrrachinorum totum in huius unius quaestum esse conver- 55
sum, urbem Byzantiorum vobis atque huic imperio fidelissimam hostilem
in modum esse vexatam? quo ille, postea quam nihil exprimere ab egenti-
bus, nihil ulla vi a miseris extorquere potuit, cohortis in hiberna misit; iis
praeposuit quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros
6 cupiditatum suarum. omitto iuris dictionem in libera civitate contra leges 60
senatusque consulta, caedes relinquo, libidines praetereo, quarum acer-
bissimum extat indicium et ad insignem memoriam turpitudinis et paene
ad iustum odium imperi nostri, quod constat nobilissimas virgines se in
puteos abiecisse et morte voluntaria necessariam turpitudinem depulisse;
nec haec idcirco omitto quod non gravissima sint, sed quia nunc sine 65
4 teste dico. ipsam vero urbem Byzantiorum fuisse refertissimam atque or-
natissimam signis quis ignorat? quae illi exhausti sumptibus bellisque
maximis, cum omnis Mithridaticos impetus totumque Pontum armatum
effervescentem in Asiam atque erumpentem ore, repulsum et cervicibus
interclusum suis sustinerent, tum, inquam, Byzantii et postea signa illa et 70
7 reliqua urbis ornamenta sanctissime custodita tenuerunt: te imperatore in-
felicissimo et taeterrimo, Caesonine Calventi, civitas libera et pro eximiis
suis beneficiis a senatu et a populo Romano liberata sic spoliata atque nu-
data est, ut nisi C. Vergilius legatus, vir fortis et innocens, intervenisset,

55 porturium H || **57** ille PGH : illo E || **58** ulla vi PGH : ullam vim E | iis PG : his EH || **59** praeposuit H : pro- PGE || **60** libera civitate PGH : liberam civitatem E || **63** ad iustum PEH : ad∗ustum G[2] | odium PGE : *om.* H | constat PGH : *om.* E || **64** abiecisse P[2]GEH : -cisset P[1] | necessariam PGEH[2] : necessam H[1] || **65** non PGH : *om.* E | sed ... sine *om.* P[1] || **66** refertissimam P[2]GEH : referentissimam P[1] || **67** quae PGH : atque E | exhausti PGEb *ed. V.* : -tis HAJS *ed. R.* || **68** cum omnis *Ha.* : cumnis P[1] : cum P[2]GEH *prob. A. Kl.* | pontum P[2]GEH : pontontum P[1] || **69** erumpentem ore, repulsum PGH *hic Ciceronem maris vehementi aestu effervescentis et erumpentis Asiamque inundantis imagine paene subabsurda Pontum et regnum Mithridatis terrasque ad Euxinum mare sitas et simul ipsum mare et Mithridatis impetum significare recte observavit Mdv.*[1] *411–412. cf. etiam infra 31,303 quid de inmensi maris fervore statuatur* : erumpente more E : erumpentem Bospori ore, repulsum *vel* erumpentem [ore], repulsum *Butler-Cary 52* : erumpentem, ⟨corp⟩ore repulsum *Nisbet*[2] *201* : erumpentem, aegre repulsum *ed. R.* || **71** reliqua P[2]GEH : reli∗qua P[1] | custodita P[2]GEH : custodia P[1] | imperatore PGH : in tempore E || **72** caesonine (*ex* -nae P[2]) calventi P[2]GH : soni nec alii venti E | civitas P[2]GH : vitas P[1] : civitatis E | pro eximiis *Mdv.*[1] *412 adn. 1* : proximis PGEH AJSb *edd. R. et V.* || **73** sic PGH : sit E || **74** ·C· P[2]GH : *om.* P[1]E | vir fortis PGH : fortis vir E | intervenisset PGH : intervenisset et E

75 unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. quod fanum
in Achaia, qui locus aut lucus in Graecia tota tam sanctus fuit in quo
ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? emisti a foedissimo
tribuno plebis tum in illo naufragio huius urbis, quam tu idem qui guber-
nare debueras everteras, tum, inquam, emisti grandi pecunia, ut tibi de
80 pecuniis creditis ius in liberos populos contra senatus consulta et contra
legem generi tui dicere liceret. id emptum ita vendidisti ut aut ius non
diceres, aut bonis civis Romanos everteres. quorum ego nihil dico, patres 8
conscripti, nunc in hominem ipsum, de provincia disputo. itaque omnia
illa quae et saepe audistis, et tenetis animis etiam si non audiatis, prae-
85 termitto. nihil de hac eius urbana, quam ille praesens in mentibus vestris
oculisque defixit, audacia loquor, nihil de superbia, nihil de contumacia,
nihil de crudelitate disputo. lateant libidines eius illae tenebricosae, quas
fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat: de provincia
quod agitur id disputo. huic vos non summittetis, hunc diutius manere pa-
90 tiemini? cuius, ut provinciam tetigit, sic fortuna cum improbitate certavit
ut nemo posset utrum posterior an infelicior esset iudicare.

An vero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda? cuius iter in pro- 9
vinciam fuit eius modi ut rex Ariobarzanes consulem vestrum ad caedem
faciendam tamquam aliquem Thraecem conduceret. deinde adventus in
95 Syriam primus equitatus habuit interitum, post concisae sunt optimae co-

75 ex PGH : et E ‖ **76** graecia PGH : gregia E | tota P^{2}GEH : tot P^1 ‖ **77** ullum^2 PG : unum H : illum E ‖ **78** quam PGE : cum H ‖ **79** debueras PGH : deberes E | everteras PG : everteres Hb^1 *edd. R. et V.* : a se verteras E : everteris AJSb^2 | tum PH : tu GE | ut PGH : aut E ‖ **81** generi PEH : generis G | dicere liceret *hic* PGE, *post 80* creditis H, *ubi* liceret *ab* H^1 *omissum s. v. scr.* H^2 ‖ **82** bonis P^{1}E : bonos P^{2}GH | everteres P^{2}GEH : everes P^1 | ego PGH : ergo E ‖ **85** urbana PGH : urbane E ‖ **85–86** mentibus vestris oculisque PGE : oculis vestris mentibusque HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **86** loquor GEH : locor P^2 : locorum P^1 ‖ **87** disputo P^{2}GEH : dispoto P^1 | lateant *Naug.*^{1} : latent PGEH | eius PGH : ei E ‖ **88** non PG^{2}EH : non non G^1 ‖ **90** cuius PGH : cui E | improbitate P^{2}GEH : tam probitate P^1 ‖ **91** posterior PGEHAJSb *edd. R. et V. def. Lb.*^{1} *coll. Pis. 66, ubi videndus Nisbet*^{1} : protervior *Lb.*^{2} : probrosior *Pet.* | esset PGH : esse E | iudicare P^{2}GEH : iudicaret P^1 ‖ **92–93** cuius iter in provinciam (-tiam P) PGH : civitas in provincia E ‖ **93** consulem PGH : consul E | caedem P^{2}GEH : cedam P^1 ‖ **94** threcem PH : thracem G : theecem E ‖ **95** concisae PGEH^2 : concussae H^1

hortes. igitur in Syria imperatore illo nihil aliud ⟨neque cogitatum⟩ neque actum est nisi pactiones pecuniarum cum tyrannis decisiones direptiones latrocinia caedes, cum palam populi Romani imperator instructo exercitu dexteram tendens non ad laudem milites hortaretur, sed omnia sibi et empta et emenda esse clamaret. 100

5 10 Iam vero publicanos miseros – me etiam miserum illorum ita de me meritorum miseriis ac dolore! – tradidit in servitutem Iudaeis et Syris, nationibus natis servituti. statuit ab initio et in eo perseveravit ius publicano non dicere; pactiones sine ulla iniuria factas rescidit, custodias sustulit, vectigalis multos ac stipendiarios liberavit. quo in oppido ipse 105 esset aut quo veniret, ibi publicanum aut publicani servum esse vetuit. quid multa? crudelis haberetur si in hostis animo fuisset eo quo fuit in civis Romanos, eius ordinis praesertim qui est semper ⟨pro⟩ dignitate sua 11 benignitate magistratuum sustentatus. itaque, patres conscripti, videtis non temeritate redemptionis aut negoti gerendi inscitia, sed avaritia su- 110 perbia crudelitate Gabini paene adflictos iam atque eversos publicanos. quibus quidem vos in his angustiis aerari tamen subveniatis necesse est; etsi iam multis non potestis qui propter illum hostem senatus, inimicissi-

96 syria GH : suria P : syriam E | imperatore (rato *s. v.* P^2) P^2H : impere P^1 : imprm̄ G : in tempore E | ⟨neque cogitatum⟩ neque *Mdv.*^{1} *321 (ubi de Caeliana agitur)* : neque PGEHAJSb *edd. R. et V.* : ⟨neque gestum⟩ neque *R. Kl. coll. Pis. 40* quid tandem erat actum aut gestum in tua provincia de quo ad senatum cum gratulatione aliqua scribi abs te oporteret?, *loco paulo aliter comparato* (⟨gestum⟩ neque *iam Or.*^{2}) : umquam *Pet.*^{2} *prob. Cou.* || **97** direptiones GH : directiones P : direptionis E || **98–99** instructo exercitu PH : exercitu instructo GE || **99** non PGH : nam E | hortaretur b^1 *ed. V.* : hortetur PGEHAJSb^2 *ed. R.* | sed PGH : si E || **100** esse clamaret b^1 : esset clamaret *ed. V.* : esse clamet PEHAJSb^2 *ed. R.* : conclamet G || **101** miserum P^2GEH : misero P^1 | ita de me PGH : id ad E || **103** natis P^1H : natos P^2G^2E : nato G^1 | servituti GEH : servitutis *(aegre liquet)* P || **106** esset P^2GEH : esse P^1 | quo G^2 : qui PG^1EH | vetuit PGH : nescivit E || **107** hostis P^2E : hostis (-s *in ras.*) G : hostem H : ostis P^1 || **108** pro *add. Pluy.*^{2} *267* || **109** magistratuum *Kay.* : magistratus PGEHJSb *edd. R. et V.* || **110** inscitia P^2G^2EH : insctia P^1 : inscientia G^1 | sed PGH : si E | avaritia (-cia EH) GEH : avariatia P^1 : avatia P^2 || **111** gabinii PGEb^2 *ed. R.* : *om.* HAJSb^1 *ed. V.* || **112** subveniatis P^2GEH : subveniatus P^1 || **113** etsi iam PGH : et suam (*scr.* &suā) E | potestis P^2GEH : potes P^1

mum ordinis equestris bonorumque omnium non solum bona, sed etiam
115 honestatem miseri deperdiderunt, quos non parsimonia, non continentia,
non virtus, non labor, non splendor tueri potuit contra illius helluonis et
praedonis audaciam. quid? qui se etiam nunc subsidiis patrimoni aut ami- 12
corum liberalitate sustentant, hos perire patiemur? an si qui frui publico
non potuit per hostem, hic tegitur ipsa lege censoria; quem is frui non
120 sinit, qui est etiam si non appellatur hostis, huic ferri auxilium non opor-
tet? retinete igitur in provincia diutius eum qui de sociis cum hostibus,
de civibus cum sociis faciat pactiones, qui hoc etiam se pluris esse quam
collegam putet, quod ille vos tristitia voltuque deceperit, ipse nunquam
se minus quam erat nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo
125 gloriatur se brevi tempore perfecisse ne Gabinius unus omnium nequis-
simus existimaretur.

Hos vos de provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos **6** 13
non putaretis? et has duplicis pestes sociorum, militum cladis, publica-
norum ruinas, provinciarum vastitates, imperi maculas teneretis? at idem
130 vos anno superiore hos eosdem revocabatis, cum vix in provincias perve-
nissent. quo tempore si liberum vestrum iudicium fuisset nec toties dilata
res nec ad extremum e manibus erepta, restituissetis – id quod cupieba-
tis – vestram auctoritatem iis per quos erat amissa revocatis, et iis ipsis
praemiis extortis quae erant pro scelere atque eversione patriae consecuti.
135 qua e poena si tum aliorum opibus, non suis, invitissimis vobis evolarunt, 14
at aliam multo maiorem gravioremque subierunt. quae enim homini in

118 an si qui Pb² *ed. R.* : si qui an E : si qui GHAJS *ed. V.* : si quis b¹ | publico PGH : publicano E || **119** potuit P²GEH : potui P¹ || **120** est PGH : *om.* E || **122** se GEH : si P | pluris P²GEH : pluri P¹ || **123** collegam PGE²H : colle E¹ || **124** nequam PGEJ²b² *edd R. et V.* : neque HAJ¹Sb¹ | simularit PG²H : simularet G¹E | autem PG²H : hoc G¹ : enim E | alio P²GEH : ali P¹ || **125** ne PGH : nec E || **127** si PG²EH : *om.* G¹ | deripiendos P : di- GEH || **128** duplicis PG : duplicis publicis E : publicas HAJSb *edd. R. et V.* | cladis PG : -es H : claudis E || **129** at P²GH : ad P¹E | idem PG¹EH : iidem G² || **130** anno superiore PGH : annos superiores E | cum vix *Bai.* : cum vi GE : cum* P : cum HAJSb *edd. R. et V.* || **130–131** pervenissent PGEJ : iam pervenissent HASb *edd. R. et V.* || **132** restituissetis PGH : restituetis E || **133** auctoritatem PEH : *om.* G | iis ... iis PG : his ... his E : iis ... his H || **134** erant P²GEH : erat P¹ || **135** qua e *Graevius* : quae (*i.* qua e) GEH : qua PAJSb *edd. R. et V.* : qua ex *Lb.*¹ || **136** at PG : ad EH

quo aliqui si non famae pudor, at supplici timor est, gravior poena acci-
dere potuit quam non credi litteris iis quae rem publicam bene gestam in
bello nuntiarent? hoc statuit senatus, cum frequens supplicationem Gabi-
nio denegavit, primum homini sceleribus flagitiis contaminatissimo nihil 140
esse credendum, deinde a proditore atque eo quem praesentem hostem
rei publicae cognosset bene rem publicam geri non potuisse, postremo
ne deos quidem immortalis velle aperiri sua templa et sibi subplicari ho-
minis impurissimi et sceleratissimi nomine. itaque ille alter aut ipse est
homo doctus et a suis Graecis suptilius eruditus, quibuscum iam in exos- 145
tra helluatur – antea post siparium solebat –, aut amicos habet prudentio-
res quam Gabinius, cuius nullae litterae proferuntur.

7 15 Hosce igitur imperatores habebimus? quorum alter non audet nos certi-
ores facere ⟨cur⟩ imperator appelletur, alterum, si tabellarii non cessarint,
necesse est paucis diebus paeniteat audere. cuius amici – si qui sunt aut si 150
beluae tam immani tamque taetrae possunt ulli esse amici – hac consola-
tione utuntur, etiam T. Albucio supplicationem hunc ordinem denegasse.
quod est primum dissimile, res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis a
propraetore una cohorte auxiliaria gesta et bellum cum maximis Syriae
gentibus ⟨et⟩ tyrannis consulari exercitu imperioque confectum. deinde 155
Albucius quod a senatu petebat ipse sibi in Sardinia ante decreverat.
constabat enim Graecum hominem ac levem in ipsa provincia quasi tri-

137 aliqui P^{1} : aliquis P^{2}GE : aliquid HAJSb *edd. R. et V.* | at P^{2}GEH : ad P^{1} | est PGH : *om.* E || **138** iis PG : his EH | quae PGH : quem E | publicam PGEb^{2} : *om.* HAJSb^{1} *edd. R. et V.* || **138–139** in bello PGH : inbecillo E || **139** nuntiarent PG^{2}EH : nunciarentur G^{1} || **140** homini PG^{2}H^{2} : hominis G^{1} : hominum E : *om.* H^{1} | flagitiis PGEH : flagitiisque *edd. inde a Lb.*^{1} *praeter Pet.*^{2} || **141** proditore P^{2}GEH : proditorem P^{1} || **142** cognosset PG^{2}H : cognoscet G^{1}E | publicam PGEb^{2} : *om.* HAJSb^{1} *edd. R. et V.* | geri P^{2}GEH : generi P^{1} || **143** ne PGEH^{2} : *om.* H^{1} | quidem PGH : quid enim E | sibi PGH : *om.* E || **143–144** hominis PGH : -nes E || **144** cur add. Ant. Augustinus apud Ursinum | nomine PH : nomen (nommen G) GE | ille GH : illi PE | alter aut P^{1}GEH : altera ut *distinxit* P^{2} || **146** antea PG^{2}EH : ante G^{1} || **147** cuius PGH : cui E || **149** cur *add. Ant. Augustinus apud Ursinum* | imperator PGH : imperatores E | alterum P^{2}GEH : *bis scr.* P^{1} | tabellarii PGH : tabularii E || **150** cuius PGH : cui E | aut si P^{2}GEH : aut ausi P^{1} || **151** beluae GEH : be∗luae (-ae *in ras.*) P | immani PG^{2}EH : immuni G^{1} | taetrae PGH : terre E | hac P^{2}GEH : ac P^{1} || **152** utentur *Ern.* || **153** quod est HAJS *edd. R. et V.* :quid est PGE :? b : quid? est *Bai. (cf. Gar.)* : quid ⟨multa?⟩ est *coni. A. Kl.* | a PGEH : a⟨b eo⟩ *Reid apud Pet.*^{2} || **154** propraetore PGE : praetore HJSb *ed. R.* || **155** et *add. Bai.* : *om.* PGEHAJSb *edd. R. et V.* : ac *add. Lb.*^{1}

umphasse, itaque hanc eius temeritatem senatus supplicatione denegata notavit. sed fruatur sane hoc solacio, atque hanc insignem ignominiam, 16
160 quoniam uni praeter se inusta sit, putet esse leviorem, dum modo cuius exemplo se consolatur, eius exitum expectet, praesertim cum in Albucio nec Pisonis libidines nec audacia Gabini fuerit ac tamen hac una plaga conciderit, ignominia senatus.

Atqui duas Gallias qui decernit consulibus duobus, hos retinet ambo; 17
165 qui autem alteram Galliam et aut Syriam aut Macedoniam, tamen alterum retinet, in utriusque pari scelere disparem condicionem facit. 'faciam,' inquit, 'illas praetorias, ut Pisoni et Gabinio succedatur statim.' si hic sinat! tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. itaque ego idem qui nunc consulibus iis qui designati erunt Syriam Macedo-
170 niamque decerno decernam easdem praetorias, ut et praetores annuas provincias habeant, et eos quam primum videamus quos animo aequo videre non possumus. sed, mihi credite, numquam succedetur illis, nisi **8** cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licebit. itaque hoc tempore amisso annus est integer vobis exspectandus, quo interiecto civi-
175 um calamitas, sociorum aerumna, sceleratissimorum hominum inpunitas propagatur.

Quod si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Caesari suc- 18 cedendum nondum putarem. qua de re dicam, patres conscripti, quae sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi qua paulo ante inter-

159 sane hoc PH : hoc sane GE ‖ **160** inusta P[2]GEH : iniusta P[1] | sit *Ha.* : est PGEHAJSb *ed. R.* | putet PGES *edd. R. et V.* : putetur HAJ | dum modo Sb *ed. R.* : nonmodo PGEHAJ *ed. V.* ‖ **161** eius PGH : ei E ‖ **162** pisonis PGE[2]H : pisones E[1] | audacia gabini PH : gabinii audacia GE | ac tamen hac H : ac tamen ac P[1] : hac tamen hac P[2] *ed. V.* : ħl ac tamen hac *scr.* E : attamen hac* G : hac tamen AJS *ed. R.* | plaga P[2]GEH : paga P[1] ‖ **164** duobus GH : *bis* P : *om.* E ‖ **165** autem PG[2]H : hoc G[1]E ‖ **166** in PGEHAJS *ed. V.* : ⟨et⟩ in *ed. R. prob. Cou.* | utriusque PGH : utrisque E | pari PH : partis GE ‖ **168** enim tribunus PGE[2]H : enim E[1] | nunc P[2]GEH : nun P[1] | itaque PGEASb *ed. R.* : itaque qui HJ *ed. V.* ‖ **169** iis PGH : his E | designati erunt PGH : designaverunt E ‖ **170** decerno P[2]GEH : dicerno P[1] | easdem P[2]GEH : eosdem P[1] ‖ **171** habeant PGH : habent E ‖ **172** numquam PGH : unquam E | succedetur G[2]Sb *edd. R. et V.* : succidetur E : succeditur PG[1]HAJ ‖ **175** aerumna PGH : erumnas E ‖ **177** quod si PGH : quid si E ‖ **178** qua de re PG[2]EH : quare G[1] | quae PGE : quid H : quod b[2] *ed. V.* ‖ **179** interpellationem PEH : interpretationem G

rupta est oratio mea non pertimescam. negat me vir optimus inimiciorem 180
Gabinio debere esse quam Caesari; omnem illam tempestatem cui cesserim Caesare impulsore atque adiutore esse excitatam. cui si primum sic respondeam, me communis utilitatis habere rationem, non doloris mei, possimne probare cum id me facere dicam quod exemplo fortissimorum et clarissimorum civium facere possim? an Ti. Gracchus – patrem dico, 185
cuius utinam filii ne degenerassent a gravitate patria! – tantam laudem est adeptus, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit inimicissimus et ipsius et fratris eius Africani iuravitque in contione se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitate imperi, quo duces essent hostium Scipione triumphante ducti, eodem ipsum 190
19 duci qui triumphasset? quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus M. Scaurus alieni, inimici omnes Metelli. at ii non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed ei propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant. bellum in Gallia maximum gestum est: domitae sunt a Caesare maximae nationes, sed nondum legi- 195
bus, nondum iure certo, nondum satis firma pace devinctae. bellum adfectum videmus et, vere ut dicam, paene confectum, sed ita ut si idem extrema persequitur qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus, si succeditur, periculum sit ne instauratas maximi belli reliquias ac renovatas
20 audiamus. ergo ego senator inimicus, si ita vultis, homini, amicus esse, 200
sicut semper fui, rei publicae debeo. quid? si ipsas inimicitias depono rei

180 me vir optimus PEH : vir optimus me G | inimiciorem P : inimicitiorem GEHAJSb *edd. R. et V.* || **181–182** cesserim PGE : cesseram H || **182** impulsore PGH : pulsore E || **184** probari *Gemoll 3 (sine causa; cf. A. Kl.)* || **185** Ti. S : tiberius H : .T. PGEb || **186** ne PGH : non E | patria PGE : paterna HAJSb *edd R. et V.* || **187** es⟨se⟩t *Ha.* || **188** auxilio PGE : auxilia H || **189** contione PGH : contentione E | sed P^{2}GEH : et P^{1} | dignitate P^{2}G^{1}EH : dignate P^{1} : a dignitate G^{2} || **190** quo P^{2}GEH : quod P^{1} | essent P^{2}GEH : esset P^{1} | eodem P^{2}GEH : eodam P^{1} || **192** scaurus P^{2}GEH : saurus P^{1} | alieni *Mdv.*^{1} *415* : alini P^{1} : aliine P^{2}GEH | ii PGE : hi H || **193** ei *Ha.* : et PGEHAJSb *ed. R.* : *om. ed. V.* || **195** domitae P^{2}GEH : domituae P^{1} | a PGH : *om.* E || **196** devinctae P^{2}EAJSb *ed. R.* : devintae P^{1} : devictae G *ed. V.* : diiunctae H || **197** et PG^{2}EH : *om.* G^{1} | confectum P^{1}GEH : confectatum videmus et vere ut dicam paene confectum P^{2} || **198** extrema PGH : extra me E | si PGH : sed E || **200** amicus PGH : amicum E || **201** sicut PGE *ed. R.* : *om.* HAJS : ut b

publicae causa, quis me tandem iure reprehendet? praesertim cum ego omnium meorum consiliorum atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda. an vero M. ille Lepidus **9** 21
205 qui bis consul et pontifex maximus fuit non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent? atque ut vetera quae sunt innumerabilia
210 mittam, tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit? quibus eum omnibus eadem res publica reconciliavit quae alienarat. multa praetereo, quod intueor coram haec lumina atque 22 ornamenta rei publicae, P. Servilium et M. Lucullum. utinam etiam L. Lucullus ille viveret! quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores
215 quam Lucullorum atque Servili? quas in viris fortissimis non solum extinxit rei publicae ⟨utilitas⟩ dignitasque ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. quid? Q. Metellus Nepos nonne consul in templo Iovis Optimi Maximi permotus cum auctoritate vestra, tum illa P. Servili incredibili gravitate dicendi apsens mecum summo suo
220 beneficio rediit in gratiam? an ego possum huic esse inimicus cuius litteris fama nuntiis celebrantur aures cotidie meae novis nominibus gentium nationum locorum? ardeo, mihi credite, patres conscripti, – id quod 23 vosmet de me existimatis et facitis ipsi – incredibili quodam amore patriae, qui me amor et subvenire olim impendentibus periculis maximis
225 cum dimicatione capitis, et rursum cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem, subire coëgit atque excipere unum pro universis. hic

202 reprehendet PGEb[2] : reprehendat HAJSb[1] *edd. R. et V.* ‖ **204** hominum P[2]GEH : hominem P[1] | petenda PGH : petendam E ‖ **205** memoriae PGE : memoria et HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **206** est PGESb[2] *ed. R.* : non est HAJb[1] *ed. V.* ‖ **208** ut PGH : in E ‖ **210** cum ⟨omnibus⟩ *Gneisse 176* ‖ **211** in gratiam rediit (redit P[1]) PGE : rediit in gratiam HJSb *edd. R. et V.* | [omnibus] *Gneisse 176* ‖ **212** alienaverat *Zie. 206* ‖ **213** rei p. PGH : *om.* E ‖ **214** ille viveret b[2] *ed. Med.* : ille desiderat PG[1]E : ille desideret G[2] : ille desineret HAJSb[1] *edd. R. et V.* : illic adsideret *Mdv.*[1] *415, prob. Cou.* : *lac. ante* ille *statuit A. Kl.* ‖ **215** servili P : serviliorum GEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **216** rei p. PGH : ·R·P· (*i. e.* res p.) E | utilitas *add. Bai.* ‖ **217** quid? Q. P[2]GEH : quidque P[1] ‖ **219** illa *Pluy.*[2] *268* : illius PGEHAJSb *edd. R. et V., prob. Cou.; at cf. A. Kl.* | suo PGH : *om.* E ‖ **223** facitis P[2]GEH : factis P[1] ‖ **224** amor P[2]GEH : amore P[1] ‖ **226** subire P[2]GEH : subre P[1]

me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum C. Caesare reducit reconciliat restituit in gratiam.

10 24 Quod volent denique homines existiment, nemini ego possum esse bene merenti de re publica non amicus. etenim si iis qui haec omnia flamma (230) ac ferro delere voluerunt non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi atque intuli, cum partim mihi illorum familiares, partim etiam me defendente capitis iudiciis essent liberati, cur eadem res publica quae me in amicos inflammare potuit inimicis placare non possit? quod mihi odium cum P. Clodio fuit nisi quod perniciosum patriae civem fore putabam, qui (235) turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset? num est igitur dubium ex iis rebus quas is egit agitque cotidie, quin ego in illo oppugnando rei publicae plus quam otio meo, non nulli in eodem defendendo suo plus otio quam communi prospexerint? 25 ego me a C. Caesare in re publica dissensisse fateor et sensisse (240) vobiscum; sed nunc isdem vobis adsentior, cum quibus antea sentiebam. vos enim, ad quos litteras L. Piso de suis rebus non audet mittere, qui Gabini litteras insigni quadam nota atque ignominia nova condemnastis, C. Caesari supplicationes decrevistis numero ut nemini uno ex bello, honore ut omnino nemini. cur igitur exspectem hominem aliquem qui me cum (245) illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, et ordo is qui est et publici consili et meorum omnium consiliorum auctor et princeps. vos sequor, patres conscripti, vobis optempero, vobis adsentior, qui quam diu C. Caesaris consilia in re publica non maxime diligebatis, me quoque

227 pristinus PGEH^{2} : pristinis H^{1} || **229** quod *Man.*^{1} : quid PGEHAJSb *edd. R. et V.* || **230** merenti de PGH : merent idem E | iis P^{2}GH : is P^{1} : his E || **231** indixi PGE^{2}H : dixi E^{1} || **233** capitis PGH : *om.* E | iudiciis P^{2}GEH : iudiis P^{1} | essent P^{2}GEH : *om.* P^{1} | me in PGH : mei E || **234** possit PGH : posset E || **235** ⟨re⟩putabam *Kra. 119;* at *cf. A. Kl.* || **237** iis PG : his EH | is PGH : *om.* E || **240** C. P^{1}H : G. P^{2} : *om.* GE || **241** isdem PEH : iisdem G || **242** audet P^{2}GEH : audit P^{1} || **242–243** ⟨A.⟩ Gabini *Or., quod placet A. Kl.* || **243** litteras PGEH^{2} : *om.* H^{1} | atque PH : et GE || **244** supplicationes PHJSb *edd. R. et V.* : -nem GE | decrevistis PGH : dedit iustis E | nemini PGH : hu(?) homini E | honore PGE : -rem HAJSb *edd. R. et V.* || **246** is P^{2}GEH : est P^{1} | et^{2} GEH : *om.* P || **247** omnium consiliorum PGH : consiliorum omnium E

250 cum illo minus coniunctum videbatis; postea quam rebus gestis mentes vestras voluntatesque mutastis, me non solum comitem esse sententiae vestrae, sed etiam laudatorem vidistis.

11 26 Sed quid est quod in hac causa maxime homines admirentur et reprehendant meum consilium, cum ego idem antea multa decreverim, quae 255 magis ad hominis dignitatem quam ad rei publicae necessitatem pertinerent? supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea. rei publicae satis erat tot dierum quot C. Mario; dis immortalibus non erat exigua eadem gratulatio quae ex maximis bellis. ergo ille cumulus dierum hominis est dignitati tributus. in quo ego quo consule referente primum 27 260 decem dierum est supplicatio decreta Cn. Pompeio Mithridate interfecto et confecto Mithridatico bello, et cuius sententia primum duplicata est supplicatio consularis – mihi enim estis adsensi, cum eiusdem Pompei litteris recitatis confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis supplicationem dierum decem decrevistis –, sum Cn. Pompei virtutem et animi 265 magnitudinem admiratus, quod cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribuebat quam ipse erat consecutus. ergo in illa supplicatione quam ego decrevi res ipsa tributa est dis immortalibus et maiorum institutis et utilitati rei publicae, sed dignitas verborum, honos et novitas et numerus dierum Caesaris ipsius laudi glo- 270 riaeque concessus est. relatum est ad nos nuper de stipendio exercitus; 28 non decrevi solum, sed etiam ut vos decerneretis laboravi; multa dissentientibus respondi; scribendo adfui. tum quoque homini plus tribui quam

250 rebus ⟨eius⟩ *Ha.* ‖ **253** hac P[2]GEH : ac P[1] ‖ **254** decreverim P[1]GEH : decrerim P[2] ‖ **255–256** pertinerent PEH : pertinent G ‖ **256** quindecim PH : xv *scr.* GE | decrevi GH : decrevi* P : decrevissent E ‖ **257** quot HAJSb *edd. R. et V.* : quod PGE | ·C· PH : gaio G : .g. E | dis PGE : diis H ‖ **258** gratulatio PEH : congratulatio G ‖ **258–259** dierum hominis est PGH : hominis est dierum E ‖ **259** quo[2] HAJSb *ed. V.* : quod PG : *om.* E *ed. R.* ‖ **261** et confecto PGE : confectoque HAJSb *edd. R. et V.* | cuius PGH : cui E ‖ **261–262** est supplicatio GEH : est (*scr.* ē) supplicatio est P ‖ **264** dierum GEH : deorum P | decem *Man.*[2] : duodecim (duocim H[1]) PH[2] : xii *scr.* G : .xv. E ‖ **267** dis PG[1] : diis G[2]EH ‖ **268** sed PGH : si E ‖ **269** et[2] P[2]GEH : ed P[1] | numerus PGH : numerum E | laudi PGHA : gladi E : et laudi *ed. V.* ‖ **269–270** gloriaeque GE : -quae P : et gloriae HAJS *edd. R. et V.* ‖ **270** concessus est GH : concussus est P : concessissem E ‖ **271** decrevi P[2]GEH : dicerevi P[1] | ut PH : ut et GE

nescio cui necessitati. illum enim arbitrabar etiam sine hoc subsidio pecuniae retinere exercitum praeda ante parta et bellum conficere posse; sed decus illud et ornamentum triumphi minuendum nostra parsimonia 275 non putavi. actum est de decem legatis quos alii omnino non dabant, alii exempla quaerebant, alii tempus differebant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant. in ea quoque re sic sum locutus ut omnes intellegerent me id quod rei publicae causa sentirem facere uberius propter ipsius Caesaris dignitatem. 280

12 29 At ego idem nunc in provinciis decernendis, qui illas omnis res egi silentio, interpellor, cum ⟨in⟩ superioribus causis hominis ornamenta fuerint, in hac me nihil aliud nisi ratio belli, nisi summa utilitas rei publicae moveat. nam ipse Caesar quid est cur in provincia commorari velit, nisi ut ea quae per eum adfecta sunt perfecta rei publicae tradat? amoenitas 285 eum, credo, locorum, urbium pulchritudo, hominum nationumque illarum humanitas et lepos, victoriae cupiditas, finium imperi propagatio retinet. quid illis terris asperius, quid incultius oppidis, quid nationibus inmanius, quid porro tot victoriis praestabilius, quid Oceano longius inveniri potest? an reditus in patriam habet aliquam offensionem? utrum 290 apud populum, a quo missus, an apud senatum, a quo ornatus est? an dies auget eius desiderium, an magis oblivionem, ac laurea illa magnis periculis parta amittit longo intervallo viriditatem? qua re si qui hominem non diligunt, nihil est quod eum de provincia devocent; ad gloriam devocant, ad triumphum, ad gratulationem, ad summum honorem senatus, eques- 295

273 cui PGH : tuae E ‖ **274** posse PGH : possum E ‖ **276** decem PH : x GE ‖ **277** alii tempus PGEH[2] : *om.* H[1] ‖ **279** sentirem PGH : sentirent E | facere PEH : *om.* G ‖ **281** at ego PGSb *ed. R.* : adeo E : ut ego HAJ *ed. V.* | nunc PGH : *om.* E ‖ **282** ⟨in⟩ *Lb.*[1] : *om.* PGEHAJSb *edd. R. et V.* | hominis PGH : *om.* E ‖ **282–283** fuerint PGEH *i. e. 'in superioribus causis de ornando Caesare agebatur' recte A. Kl.* : apud me valuerint *Mue.*[3] : iuverim *Busche 565–566* : me moverint *E. Müller 11 adn.* : foverim *Gemoll 3* : valuerint *Cou.* ‖ **284** moveat PGE : movent HAJSb *ed. R.* : monet *ed. V.* ‖ **285** tradat PGH : tradatur E ‖ **286–287** -que illarum humanitas P[2]GEH : *om.* P[1] ‖ **287** imperii PGE : imperii nostri HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **287–288** propagatio retinet PH : propugnatio retinet G : propugnator et inet E ‖ **288–289** quid incultius ... inmanius PGE : *om.* Hb ‖ **289** porro PGH : inporro E | longinquius *Tischer* ‖ **291** missus PGE : missus est HAJSb *edd. R. et V.* | an[2]] utrum *Gemoll 3* ‖ **292** eius PH : ei GE | desiderium ac non magis *Sorof 782* | magnis PH : magis GE ‖ **293** amittit PGH : amicta E

tris ordinis gratiam, populi caritatem. sed si ille hac tam eximia fortuna 30
propter utilitatem rei publicae frui non properat ut omnia illa conficiat,
quid ego senator facere debeo, quem etiam si ille aliud vellet, rei publicae
consulere oporteret?

300 Ego vero sic intellego, patres conscripti, nos hoc tempore in provinciis
decernendis perpetuae pacis habere oportere rationem. nam quis hoc non
sentit, omnia alia esse nobis vacua ab omni periculo atque etiam suspicio-
ne belli? iam diu mare videmus illud inmensum, cuius fervore non solum 31
maritumi cursus, sed urbes etiam et viae militares iam tenebantur, virtute
305 Cn. Pompei sic a populo Romano ab Oceano usque ad ultimum Pontum
tamquam unum aliquem portum tutum et clausum teneri; nationes eas
quae numero hominum ac multitudine ipsa poterant in provincias nostras
redundare ita ab eodem esse partim recisas partim repressas, ut Asia, quae
imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipsa
310 cingatur. possum de omni regione, de omni genere hostium dicere: nulla
gens est quae non aut ita sublata sit ut vix extet, aut ita domita ut quiescat,
aut ita pacata ut victoria nostra imperioque laetetur. bellum Gallicum, **13** 32
patres conscripti, C. Caesare imperatore gestumst, antea tantum modo
repulsum. semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bel-
315 lo quam lacessendas putaverunt. ipse ille C. Marius cuius divina atque
eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, in-
fluentis in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eo-
rum urbes sedesque penetravit. modo ille meorum laborum periculorum
consiliorum socius, C. Pomptinus, fortissimus vir, ortum repente bellum
320 Allobrogum atque hac scelerata coniuratione excitatum proeliis fregit,

297–298 rei p. ... vellet PGH : *om.* E || **301** nam P[2]GEH : num P[1] || **302** omnia alia PH : alia omnia GE || **303** cuius PGH : cui E || **304** et PGEb[2] *ed. R.* : *om.* HAJSb[1] *ed. V.* | terrebantur *Weidner* 11 || **306** tutum PGH : tuum E | teneri P[2]GEH : tenere P[1] || **307** numero PGH : numerum E | multitudine P[2]GEH : -ni P[1] || **308** partim recisas PGH : *om.* E | asia PGH : asi E || **309** novis P[2]GE : novus P[1] || **310** regione de omni P[2]GEH : *om.* P[1] | dicere PEH : ducere G || **311** est GEH : si P | sublata PGE : subacta HAJSb *edd. R. et V.* | ut[1] P[2]GEH : *om.* P[1] | ut[2] P[2]GH : *om.* P[1]E || **313** ·C· P[1]H : ·G· P[2] : *om.* GE || **314** refutandas (f *in ras.*) P || **315** quam lacessendas P[2]H : quam las P[1] : *post* ipse ille *inseruit* E : *om.* G | cuius PGH : cui E || **316–317** inruentes *Pluy.*[2] *269* || **319** Pomptinus *v. l. apud Car. Stephanum 704* : pomtinus PE : pontinus GH || **320** hac PGH : ac E | ⟨plurimis⟩ proeliis *Weidner 11* : ⟨aliquot⟩ *vel* ⟨nonnullis⟩ p. *Kl.*

eosque domuit qui lacessierant, et ea victoria contentus re publica metu
liberata quievit. ⟨C.⟩ Caesaris longe aliam video fuisse rationem. non
enim sibi solum cum iis quos iam armatos contra populum Romanum vi-
debat bellandum esse duxit, sed totam Galliam in nostram dicionem esse
33 redigendam. itaque cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et 325
Helvetiorum proeliis felicissime decertavit, ceteras conterruit compulit
domuit, imperio populi Romani parere adsuefecit, et quas regiones quas-
que gentis nullae nobis antea litterae, nulla vox, nulla fama notas fecerat,
has noster imperator nosterque exercitus et populi Romani arma peragra-
runt. semitam tantum Galliae tenebamus antea, patres conscripti; ceterae 330
partes a gentibus aut inimicis huic imperio aut infidis aut incognitis aut
certe inmanibus et barbaris et bellicosis tenebantur; quas nationes nemo
umquam fuit quin frangi domarique cuperet. nemo sapienter de re publica
nostra cogitavit iam inde a principio huius imperi, quin Galliam maxime
timendam huic imperio putaret. sed propter vim ac multitudinem gentium 335
illarum numquam est antea cum omnibus dimicatum; restitimus semper
lacessiti. nunc denique est perfectum ut imperi nostri terrarumque illarum
14 34 idem esset extremum. Alpibus Italiam munierat antea natura non sine ali-
quo divino numine. nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudini-
que patuisset, numquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem 340
praebuisset. quae iam licet considant. nihil est enim ultra illam altitudi-
nem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiae pertimescendum. sed

321 sed ea *Pluy.*[2] *270* | contentus PEH : conten *(in fine versus)* G || **321–322** metu liberata PH : liberata metu GE || **322** ⟨·C·⟩ b *ed. R.* : *om.* PGEHAJS *ed. V.* || **323** iis PGH : his E | populum .R. PGH : ·R·P· E || **325–326** cum acerrimis (acerimis P[1]) nationibus et maximis g. et (esse E : ac b) h. (-ticorum H *ed. V.*) proeliis PGEHAJSb *edd. R. et V.* : cum acerrimis G. et H. nationibus et maximis proeliis *A. Kl.* : cum acerrimis nationibus G. et H. et maximis proeliis *Landgr. 78* : cum nationibus G. et H. acerrimis et maximis proeliis *van der Vliet*[1] || **326–327** compulit domuit PH : domuit compulit GE || **327** populi .R. PGH : ·R·P· *scr.* E || **328** notas PGH : nota E | fecerat PH : faceret GE || **330** semitam PGE : semita H || **331** inimicis PGH : amicis E || **331–332** ac certe *Mdv.*[2] *226* : at certe *Pluy.*[1] *270* || **333** quin Pb[2] : qui non GEHAJSb[1] *edd. R. et V.* | domarique P[2]GH : -ariquae P[1] : -atrique E || **334** inde PGH : indie E | quin PH : qui non GE || **335** putaret P[1]H : deputaret P[2]GE *cf. A. Kl.* || **338** antea PH : ante GE | natura PGH : naturam E | sine PEH : sino G || **339–340** multitudinique P[2]GEH : multitudineque P[1] || **341** licet P[2]GEH : licent P[1] | considant PGH : considerant E | enim PGH : non E | illam GEH : ullam P || **342** montium P[2] : monitum P[1] : munitum GHAJSb[2] *ed. R.* : munitium E : invictum b[1] : inventum *ed. V.*

tamen una atque altera aestas vel metu vel spe, vel poena vel praemiis, vel armis vel legibus potest totam Galliam sempiternis vinclis adstringere.
345 impolitae vero res et acerbae si erunt relictae, quamquam sunt accisae, tamen efferent se aliquando et ad renovandum bellum revirescent. qua 35 re sit in eius tutela Gallia cuius fidei virtuti felicitati commendata est. qui si Fortunae muneribus amplissimis ornatus saepius eius deae periculum facere nollet, si in patriam, si ad deos penatis, si ad eam dignitatem quam
350 in civitate sibi propositam videt, si ad iucundissimos liberos, si ad clarissimum generum redire properaret, si in Capitolium invehi victor cum illa insigni laude gestiret, si denique timeret casum aliquem, qui illi tantum addere iam non potest quantum auferre, nos tamen oporteret ab eodem illa omnia a quo profligata sunt confici velle. cum vero ille suae gloriae
355 iam pridem, rei publicae nondum satis fecerit, et malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire quam non explere susceptum rei publicae munus, nec imperatorem incensum ad rem publicam bene gerendam revocare, nec totam Gallici belli rationem prope iam explicatam perturbare atque impedire debemus.

15 36
360 Nam illae sententiae virorum clarissimorum minime probandae sunt, quorum alter ulteriorem Galliam decernit cum Syria, alter citeriorem. qui ulteriorem, omnia illa de quibus disserui paulo ante perturbat; simul

343 poena GH : paene PE ‖ **344** vinclis *Zie. 181* : vinculis PGEH ‖ **345** sunt PH : *om.* GE | accisae PGE : abscisae H ‖ **346** efferent GEH : efferrent P | aliquando PGE : aliquanto H | revirescent P[2]GEb[1] *edd. R. et V.* : revirdescent P[1] *prob. A. Kl. motus L. Haveti disputatione in Arch. f. lat. Lex. 10, 1898, 451* : reviridescent HAJSb[2] ‖ **347** virtuti GEH : virtute P | felicitati P[2]GEH : fidelicitati P[1] | qui P : quia GE : et HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **348** eius PGH : ei E ‖ **349** patriam PGESb *edd. R. et V.* : patria HAJ ‖ **350** propositam PH : -tum G : praepositam E | iucundissimos PGAJSb[2] *ed. R.* : iocun- E : incredissimos H : incertissimos b[1] | liberos PEH : libero G | **351** generum P[2]GEH : genere P[1] | invehi PGH : inveni E ‖ **352** laude PGEHAJSb[2] *ed. R.* : laude lauream b[1] : laude laurea *ed. V.* : laurea *Naug.*[1] | gestiret PGEH[2]AJSb[2] *edd. R. et V.* : gestaret H[1]b[1] | casum aliquem PGH :causam aliquam (*ex* -quem) E ‖ **354** profligata P[2]GEH : profigata P[1] | suae PGH : *om.* E ‖ **355–356** rei p. ... susceptum *suo loco habent* GEH : *in ima pagina suppl.* P[2] : *om.* P[1] ‖ **355** malit P[2]G[2]EH : mali G[1] ‖ **357** gerendam PH : gerendum GE ‖ **359** debemus HAS *edd. R. et V.* : debeamus PGE ‖ **361** quorum PGH : atque E ‖ **362** ulteriorem PGH : ulterior est E | disserui PG[2]H : quod serui G[1]E

ostendit eam se tenere legem quam esse legem neget, et quae pars provinciae sit cui non possit intercedi, hanc se avellere, quae defensorem habeat non tangere; simul et illud facit ut quod illi a populo datum sit, id (365) non violet, quod senatus dederit, id senator properet auferre. alter belli Gallici rationem habet, fungitur officio boni senatoris, legem quam non putat, eam quoque servat; praefinit enim successori diem. quo mihi nihil videtur alienius a dignitate disciplinaque maiorum quam ut qui consul Kalendis Ianuariis habere provinciam debet, is ut eam desponsam (370) 37 non decretam habere videatur. fuerit toto in consulatu sine provincia, cui fuerit ante quam designatus est decreta provincia. sortietur an non? nam et non sortiri absurdum est, et quod sortitus sis non habere. proficiscetur paludatus? quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Ianuario Februario provinciam non habebit: Kalendis ei denique Martiis nascetur (375) 38 repente provincia. ac tamen his sententiis Piso in provincia permanebit. quae cum gravia sunt, ⟨tum⟩ nihil gravius illo quod multari imperatorem deminutione provinciae contumeliosum est neque solum summo in viro, sed etiam mediocri in homine ⟨ne⟩ accidat providendum.

16 Ego vos intellego, patres conscripti, multos decrevisse eximios honores (380) C. Caesari et prope singulari⟨s. si⟩ quod ita meritus erat, grati, sin etiam, ut quam coniunctissimus huic ordini esset, sapientes ac divini fuistis. neminem umquam est hic ordo conplexus honoribus et beneficiis suis,

363 se tenere *Mdv.*^{2} 416 : sentire P : se scire GEHAJSb *ed. V.* : se sciscere *ed. R.* : se tueri *Kay.* : se sancire *Ha.* | quam P^{2}GEH : *om.* P^1 || **364** sit P^{2}GEH : sic P^1 | possit P^{2}GEH : posset P^1 | hanc GH : hac E : an P : eam *Bai.* || **368** quo b *Man.*^{2} : quae P^{2}GEH *ed. V.* : *om.* P^1 : quamquam *Pet.*^{1} || **369** alienius *Mdv.*^{1} *416* : mi**|nus P : minus GEHb : magis *Lb.*^{1} | disciplinaque ... quam *om.* GE | maiorum P : maiorum dissidere HAJSb *edd. R. et V.* || **370** debet is PH : debetis is G : habetis E || **371** sine PGH : in ea E || **372** fuerat *Mdv.*^{2} *144* | decreta provincia PGE : provintia decreta HAJSb *edd. R. et V.* || **373** non sortiri PEH : sortiri G | proficiscetur b^1 : proficiscitur PGEHb^2 || **374** paludatus PGH^2 : paululum datus E : plaudatus Hb | quo quo P : quoque GEH || **375** K'dis E : ·K· PH : K^{dis} G | ei PGH : eius E || **376** ac tamen PGH : acta mihi E || **377** sunt ⟨tum⟩ *Ang.* || **378** deminutione GE : di- H : demunitione P^1 : demunutione P^2 || **379** in PGE : *om.* H | ⟨ne⟩ Hb : *om.* PGE : ⟨id ne⟩ *Mue.*^{3} : ⟨ne id⟩ *Cou.* || **380** decrevisse GEH : claruisse P || **380–381** eximios honores PGE : honores eximios HAJSb *edd. R. et V.* || **381** singulari⟨s si⟩ *Gru.* : singulari PGEH *ed. R.* || **381–382** grati sin etiam P^1 : gratis etiam P^{2}Hb : gratis. Sin etiam GE || **382** quam PGEb^2 *ed. R.* : qui HAJSb^1 *ed. V.* | coniunctissimus PGH : -mis E || **383** est P^{2}GEH : *om.* P^1 | hic P^{2}GEH : huic P^1

qui ullam dignitatem praestabiliorem ea quam per vos esset adeptus pu-
385 tarit. nemo umquam hic potuit esse princeps qui maluerit esse popularis. Sed homines aut propter indignitatem suam diffisi ipsi sibi, aut propter reliquorum optrectationem ab huius ordinis coniunctione depulsi, saepe ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt. qui si ex illa iactatione cursuque populari bene gesta re publica referunt aspectum in
390 curiam, atque huic amplissimae dignitati esse commendati volunt, non modo non repellendi sunt, verum etiam expetendi. Monemur a fortissimo 39 viro atque optimo post hominum memoriam consule, ut provideamus ne citerior Gallia nobis invitis alicui decernatur post eos consules qui nunc erunt designati, perpetuoque posthac ab iis qui hunc ordinem oppugnent
395 populari ac turbulenta ratione teneatur. quam ego plagam etsi non contemno, patres conscripti, praesertim monitus a sapientissimo consule et diligentissimo custode pacis atque oti, tamen vehementius arbitror pertimescendum, si hominum clarissimorum ac potentissimorum aut honorem minuero aut studium erga hunc ordinem repudiaro. nam ut C. Iulius
400 omnibus a senatu eximiis aut novis rebus ornatus per manus hanc provinciam tradat ei cui minime vos velitis, per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquat, adduci ad suspicandum nullo modo possum. postremo quo quisque animo futurus sit, nescio, quid sperem video. praestare hoc senator debeo, quantum pos-
405 sum, ne quis vir clarus aut potens huic ordini iure irasci posse videatur. atque haec, si inimicissimus essem C. Caesari, sentirem tamen rei publicae causa.

384 ea PGAJSb *edd. R. et V.* : eam EH ‖ **384–385** putarit PH : putari GE ‖ **385** hic GEH : huic P ‖ **386** indignitatem *Ern.* : dignitatem PGEHAJS *edd. R. et V.* ‖ **388** se PGH : *om.* E ‖ **389** iactatione PGH : iactione E ‖ **390** esse PGH : et E ‖ **391** expetendi P[2]GEH : expetedidi P[1] ‖ **392** consule PGH : consules E ‖ **393** decernatur HAJSb *ed. R.* : *om.* PGE, *reiecit Mdv.*[1] *416* : detur *R. Kl.* | qui* P ‖ **393–394** nunc erunt PGH : vicerunt E ‖ **394** iis PG : his EH | qui P[2]GEH : que P[1] | oppugnent P[2]GEH: oppungnent P[1] ‖ **395** plagam PH : palam GE | non PGH : nunc E ‖ **396** a PEH : ac G ‖ **397** pacis P[2]GEH : *om.* P[1] | atque P[2]GE : adque P[1] : et H | vehementius P[2]GEH : veemencius P[1]; *post* vehementius *spatium septem litt. vacuum relictum in* P ‖ **397–398** pertimescendum PGEJb[2] *ed. V.* : -dam HASb[1] *ed. R.* ‖ **399** ut PGH : aut E ‖ **400** aut PGE : ac HAJSb *edd. R. et V.* | hanc GEH : hunc P ‖ **400–401** provinciam P[2]GEH : provintium P[1] ‖ **402** ei ne libertatem P : sine libertate GE : sic ne libertatem HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **403** suspicandum PH : suspicationem GE | futurus P[2]GH : futuris P[1]E ‖ **405** aut PGH : ac E

17 40 Sed non alienum esse arbitror, quo minus saepe aut interpeller a non nullis aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breviter quae mihi sit ratio et causa cum Caesare. ac primum illud tempus familiaritatis 410 et consuetudinis quae mihi cum illo, quae fratri meo, quae C. Varroni consobrino nostro, ab omnium nostrum adulescentia fuit praetermitto. postea quam sum penitus in rem publicam ingressus, ita dissensi ab illo 41 ut in disiunctione sententiae coniuncti tamen amicitia maneremus. consul ille egit eas res quarum me participem esse voluit; quibus ego si minus 415 adsentiebar, tamen illius mihi iudicium gratum esse debebat. me ille ut quinqueviratum acciperem rogavit, me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse voluit, mihi legationem quam vellem, quanto cum honore vellem detulit. quae ego omnia non ingrato animo, sed opstinatione quadam sententiae repudiavi. quam sapienter non disputo; multis enim 420 non probabo; constanter quidem et fortiter certe, qui cum me firmissimis opibus contra scelus inimicorum munire et popularis impetus populari praesidio propulsare possem, quamvis excipere fortunam, subire vim atque iniuriam malui quam aut a vestris sanctissimis mentibus dissidere aut de meo statu declinare. sed non is solum gratus debet esse qui accepit 425 beneficium, verum etiam is cui potestas accipiendi fuit. ego illa ornamenta quibus ille me ornabat decere me et convenire iis rebus quas gesseram non putabam; illum quidem amico animo me habere eodem loco 42 quo principem civium, suum generum, sentiebam. traduxit ad plebem inimicum meum sive iratus mihi quod me secum ne in beneficiis quidem 430 videbat posse coniungi, sive exoratus. ne haec quidem fuit iniuria. nam

409 tacitorum PGH : ta *post hoc spatium septem litt. recipiendis idoneum relictum in* E || **410** mihi sit PGH : misit E || **411** ·C· varroni PGEAJS *edd. R. et V.* : ·C· varreni H || **413** dissensi PGH : quod sensi E || **414** maneremus GEH : maniremus P[1] : manaremus P[2] | consul PGH : consules E || **415** quarum P[2]GEH : *bis* P[1] | me participem PGE : participem me HAJSb *edd. R. et V.* || **416** adsentiebar P[2]GEH : -bam P[1] | mihi *hic* PH : *post* gratum GE || **417** acciperem rogavit PGH : accipe non erogavit E | sibi PGH : *om.* E || **419** non ingrato PGH : quae ingrato E || **422** munire HASb *edd. R. et V.* : munere PGE || **423** propulsare possem PGE : possem propulsare (propulsa H) HAJSb *edd. R. et V.* || **424** vestris P[2]GEH : ves P[1] || **425** meo P[2]GEH : me P[1] | declinare PGH : declinaret E | is P[2]GH : his E : id P[1] | debet esse PGH : esse debet E || **427** ornabat PGH : ornavit E | decere GEH : dicere P | iis PGH : his E || **429** suum generum PH : generum suum GE || **430** in *del. Ang.* || **431** exoratus PEH : -tur G | ne PGH : nec E

postea me ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit. ne id quidem accepi; non quo alienum mea dignitate arbitrarer, sed quod tantum rei publicae sceleris impendere a consulibus proximis non suspi-
435 cabar. ergo adhuc magis est mihi verendum ne mea superbia in illius liberalitate quam ne illius iniuria in nostra amicitia reprendatur. ecce illa **18** 43 tempestas, caligo bonorum et subita atque inprovisa formido, tenebrae rei publicae, ruina atque incendium civitatis, terror iniectus Caesari de eius actis, metus caedis bonis omnibus, consulum scelus cupiditas egestas au-
440 dacia! si non sum adiutus, non debui; si desertus, sibi fortasse providit; si etiam oppugnatus – ut quidam aut putant aut volunt –, violata amicitia est, accepi iniuriam, inimicus esse debui, non nego. sed si idem ille tum me salvum esse voluit, cum vos me ut carissimum filium desiderabatis, et si vos idem pertinere ad causam illam putabatis, voluntatem Caesaris a sa-
445 lute mea non abhorrere, et si illius voluntatis generum eius habeo testem, qui idem Italiam in municipiis, populum Romanum in contione, vos mei semper cupidissimos in Capitolio ad meam salutem incitavit, si denique Cn. Pompeius idem mihi testis de voluntate Caesaris et sponsor est illi de mea, nonne vobis videor et ultimi temporis recordatione et proximi
450 memoria medium illud tristissimum tempus debere, si ex rerum natura non possim evellere, ex animo quidem certe excidere?

Ego vero si mihi non licet per aliquos ita gloriari, me dolorem atque 44 inimicitias meas rei publicae concessisse, si hoc magni cuiusdam hominis

432 me PGH : *om.* E : ille *Gemoll 3* ‖ **433** ne PGH : nec E | arbitrarer GEH : -rem P *prob. A. Kl.* ‖ **436** ne illius P[2]H : nelius P[1] : eius GE | in nostra PEH : nostra G ‖ **437** inprovisa PGH : provisa E ‖ **439** metus PGH : *ampliore spatio vacuo relicto om.* E ‖ **440** debui P[2]AH *edd. R. et V.* : debuis P[1] : debuit GE | fortasse PGE : *om.* HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **441** violata PGH : inviolata E ‖ **442** accepi P[2]GEH : accedi P[1] | nego PH : negabo GE | tum PGH : tunc E ‖ **444** caesaris PGEHAJSb[1] *ed. V.* : ·C· caesaris b[2] *ed. R.* ‖ **444–445** salute mea *bis* P ‖ **445** generum eius habeo PGH : generi mei ab eo E ‖ **446** italiam PGH : italia E | in[1] PGE : *om.* HAJSb *edd. R. et V.* | municipiis PGE[2]H : municipia E[1] | populum ·r· P[2]GEH : populum P[1] ‖ **447** cupidissimos PGH : cupi quod si mos E | incitavit PGH : incitavisse E | si P[2]GEH : se P[1] ‖ **448** pompeius PGH : pompei E ‖ **449** nonne vobis PGH : non e vobis E | videor PGH : video E ‖ **450** tristissimum tempus PH : tempus tristissimum GE | debere P[2]GEH : deberi P[1] | si P[2]GEH : sisi P[1] | rerum PGH : rere E ‖ **451** evellere PH : *om.* GE ‖ **452** aliquos P[2]GEH : alio quos P[1] ‖ **453** si PGH : sed E

et persapientis videtur, utar hoc quod non tam ad laudem adipiscendam quam ad vitandam vituperationem valet, hominem me esse gratum, et 455
non modo tantis beneficiis, sed etiam mediocri hominum benevolentia
19 commoveri. a viris fortissimis et de me optime meritis quibusdam peto, ut si ego illos meorum laborum atque incommodorum participes esse nolui, ne illi me suarum inimicitiarum socium velint esse, praesertim cum mihi idem illi concesserint, ut etiam acta illa Caesaris quae neque oppugnavi 460
45 antea neque defendi meo iam iure possim defendere. nam summi civitatis viri quorum ego consilio rem publicam conservavi, et quorum auctoritate illam coniunctionem Caesaris defugi, Iulias leges et ceteras illo consule rogatas iure latas negant: idem illam proscriptionem capitis mei contra salutem rei publicae, sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant. itaque vir 465
summa auctoritate, summa eloquentia dixit graviter casum illum meum funus esse rei publicae, sed funus iustum et indictum, mihi ipsi omnino perhonorificum, discessum meum funus dici rei publicae; reliqua non reprendo, sed mihi ad id quod sentio adsumo. nam si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia 470
nemo de caelo servarat, oblitine erant tum cum ille qui id egerat plebeius est lege curiata factus dici de caelo esse servatum? qui si plebeius omnino esse non potuit, qui tribunus plebis potuit esse? et cuius tribunatus si ratus est, nihil est quod inritum ex actis Caesaris possit esse, eius non solum tribunatus, sed etiam perniciosissimae res auspiciorum religione conservata 475

454 persapientis PGH : sapientis E | non P[2]GEH : nun P[1] | ad GEH : *om.* P || **457** optime PGH: optimis E || **458** atque PGE : et H | incommodorum P[2]GEH : commodorum P[1] | nolui PEH : volui G || **459** esse PGH : et E | mihi PGE : *om.* HAJSb *edd. R. et V.* || **460** etiam acta PGH : acta etiam E || **461** meo iam PGH : me omnia E || **463** coniunctionem PGE : coniurationem HAJSb *edd. R. et V.* | caesaris PGE *ed. V.* : caesari HAJSb[1] : Catiline b[2] *ed. R.* | defugi PGH : diffugi E | consule PGH : loco E || **464** proscriptionem P[2]GEH : ponscriptionem P[1] || **465** rei ·p· PGES : rem ·p· H || **466** summa auctoritate PGE : *om.* HAS *edd R. et V.* | summa[2] P[2]GEH : summ P[1] || **467** omnino b[1] *ed. R.* : homini PGEH : *om.* JSb[2] : homini ⟨privato⟩ *coni. A. Kl.* || **471–472** servarat ... de caelo PGE : *om.* HAJSb *edd. R. et V.* || **471** servaverat *coni. A. Kl.* || **472** omnino HAJSb *edd. R. et V.* : omnium PGE || **474** eius PEH : ł vis G || **474–475** tribunatus PGH : -tum E : tribunatus ⟨ratus⟩ *Ern.* || **475** res PGEH : leges *Lb., fort. recte* | conservata *Naug.*[1] : -tae PGEH

iure latae videbuntur? qua re aut vobis statuendum est legem Aeliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, cum lex feratur, de caelo servari obnuntiari intercedi licere, censorium iudicium ac notionem et illud morum severissimum magisterium non esse nefariis legibus de civitate sublatum, si patricius tribunus plebis fuerit, contra leges sacratas, si plebeius, contra auspicia fuisse, aut mihi concedant homines oportet in rebus bonis non exquirere ea iura quae ipsi in perditis non exquirant, praesertim cum ab illis aliquotiens condicio C. Caesari lata sit, ut easdem res alio modo ferret, qua condicione auspicia requirebant, leges conprobabant, in Clodio auspiciorum ratio sit eadem, leges omnes sint eversae ac perditae civitatis. 46 | 480 | 485

20 47 Extremum illud est. ego, si essent inimicitiae mihi cum C. Caesare, tamen hoc tempore rei publicae consulere, inimicitias in aliud tempus reservare deberem; possem etiam summorum virorum exemplo inimicitias rei publicae causa deponere. sed cum inimicitiae fuerint numquam, opinio iniuriae beneficio sit extincta, sententia mea, patres conscripti, si dignitas agitur Caesaris, homini tribuam, si honos quidam, senatus concordiae consulam, si auctoritas decretorum vestrorum, constantiam ordinis in eodem ornando imperatore servabo, si perpetua ratio Gallici belli, rei publicae providebo, si aliquod meum privatum officium, me non ingratum esse praestabo. atque hoc velim probare omnibus, patres conscripti; sed levissime feram si forte aut iis minus probaro qui meum 490 | 495

476 vobis PGH : nobis E ‖ **477** fufiam PEH : fusiam G ‖ **479** notionem PGH : nationem E | illud morum P : illum morum b[2] : illud morem H : illum morem GEAJSb[1] *edd. R. et V.* ‖ **480** si PGH : sed E ‖ **481** plebeius GH : pleius P : plebei E ‖ **482** in P[1] : aut in P[2]GH : aut E | ea iura PGE : iura ea HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **483** exquirant PGE : exquirunt HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **484** res PGE : *om.* HSb *ed. R.* ‖ **485** requirebant PGH : -bat E | leges PH : legis GE | conprobabant PG[2]E : comprobant G[1]H ‖ **487** ego *Ang.* : cum ego PGEHAJSb *ed. R.* | si PEH : sin G | inimicitiae GEH : *om.* P ‖ **490** sed *Ang.* : et PGEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **491** sententia mea PH : sententiam meam GE ‖ **492** caesaris PGEHAJSb[1] *ed. V.* : ·C· caesaris b[2] *ed. R.* ‖ **494** imperatore PGH : -rem E ‖ **495** meum PGH : metum E ‖ **497** iis PGH : his E

inimicum repugnante vestra auctoritate texerunt, aut iis si qui meum cum inimico suo reditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi et cum meo et cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire. 500

498 vestra PGEb[2] : mea HAJSb[1] *edd. R. et V.* | iis si PH : iis G : *om.* E | cum *bis* P || **500** redire PGE[2]H : *om.* E[1]

Subscr. M · TULII CICERONIS DE PROUINTIIS CONS · EXPLICIT P : *om.* GEH

M. TVLLI CICERONIS
PRO L. CORNELIO BALBO
ORATIO

1 1 Si auctoritates patronorum in iudiciis valent, ab amplissimis viris L. Corneli causa defensa est, si usus, a peritissimis, si ingenia, ab eloquentissimis, si studia, ab amicissimis et cum beneficiis cum L. Cornelio, tum maxima familiaritate coniunctis. quae sunt igitur meae partes? auctoritatis 5 tantae quantam vos in me esse voluistis, usus mediocris, ingeni minime voluntati paris. nam ceteris a quibus est defensus hunc debere plurimum video; ego quantum ei debeam, alio loco. principio orationis hoc pono, me omnibus qui amici fuerint saluti et dignitati meae, si minus referenda gratia satis facere potuerim, praedicanda et habenda certe satis esse 10 facturum. 2 quae fuerit hesterno die Cn. Pompei gravitas in dicendo, iudices, quae facultas, quae copia, non opinione tacita vestrorum animorum,

Inscr. IN̄C PRO CORNELIO BALBO P : INCIPIT EIVSDE(m) P(ro) CORNELIO BALBO ET PO(m)PEIO G : Oratio ·M·T· Cicer(onis) p(ro) Cornelio balbo et pompeio E : INCIPIT M. TVLLII DEFENSIO p(ro) L. CORNELIO BALBO H : M. TVLLII CICERONIS ORATIO PRO L. CORNELIO BALBO INCIPIT J *(inscr. f. 81^v)* : M. T. CICERONIS PRO L. CORNELIO BALBO ORATIO INCIPIT S : M. T. CICERONIS P(ro) L. CORNELIO BALBO OR(ati)O incipit b : M. Tul.Ciceronis pro L. Cornelio Balbo. Oratio. *ed. R.* : *om. ed. V.*

1 valent *Ern.* : valerent PGEHAJSb *edd. R. et V.* : valere debent *Mue.*^{3} *at cf. A. Kl.* | ab P^2GEH : *om.* P^1 ‖ **1–2** ·L· corneli (-ii P^2G^2) PGH : ut cornelii E ‖ **3–4** tum maxima P^2GEH : *om.* P^1 ‖ **4** coniunctis PG^2H : cunctis G^1E ‖ **5** quantam P^2HASb *edd. R. et V.* : quan P^1 : quantum GE ‖ **6** voluntati paris *Ang.* : voluntati parens HJSb *edd. R. et V.* : voluntatis parens PGE ‖ **7** ego quantum PG^2H : ego quantum ego G^1E | principio orationis G^2JSb *edd. R. et V.* : principo rationis P^1 : principio rationis P^2G^1EHA | pono b, *Ant. Augustinus apud Ursinum* : oppono PGEHAJS *ed. R.* ‖ **8** saluti et dignitati meae PGE : saluti meae et dignitati HAJSb *ed. R. et V.* ‖ **8–9** referenda *Naug.*^{2} : adferenda (a∗f- G : aff- E) PGE : ad ferendam HAJSb *edd. R. et V.* : ad referendam *Ang.* ‖ **9** potuerim PG^2H : potuerint G^1E | praedicanda et habenda PGE : ad praedicandam et habendam HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **10** hesterno PG^2EH : *om.* G^1 ‖ **10–11** iud. PGH : vidi E ‖ **11** opinione P^2GH : in opinione E : opione P^1

sed perspicua admiratione declarari videbatur. nihil enim umquam audivi
quod mihi de iure suptilius dici videretur, nihil [de] memoria maiore
de exemplis, nihil peritius de foederibus, nihil inlustriore auctoritate de
bellis, nihil de re publica gravius, nihil de ipso modestius, nihil de cau- 15
3 sa et crimine ornatius, ut mihi iam verum videatur illud esse quod non
nulli litteris ac studiis doctrinae dediti quasi quiddam incredibile dicere
putabantur, ei qui omnes animo virtutes penitus comprehendisset omnia
quae faceret recte cadere. quae enim in L. Crasso potuit, homine nato ad
dicendi singularem quandam facultatem, si hanc causam ageret, maior 20
esse ubertas varietas copia, quam fuit in eo qui tantum potuit inpertire
huic studio temporis quantum ipse a pueritia usque ad hanc aetatem a
4 continuis bellis et victoriis conquievit? quo mihi difficilior est hic extre-
mus perorandi locus. etenim ei succedo orationi quae non praetervecta sit
aures vestras, sed in animis omnium penitus insederit, ut plus voluptatis 25
ex recordatione illius orationis quam non modo ex mea, sed ex cuius-
2 quam oratione capere possitis. sed mos est gerundus non modo Cornelio,
cuius ego voluntati in eius periculis nullo modo desse possum, sed etiam
Cn. Pompeio, qui sui facti, sui iudici, sui benefici voluit me esse, ut apud
eosdem vos, iudices, nuper in alia causa fuerim, et praedicatorem et ac- 30
torem.

12 videbatur GE *ed. R.* : -bantur PHAJSb ‖ **13** de *del. Gar.* | maiore (aiore *in ras.* P) PGE : de more HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **14** de exemplis PGE : de exemplis acutius HAJSb *edd. R. et V.* | peritius PGH : peritus E | inlustriore (il- GES) PGES : de illustriore HAJ *edd. R. et V.* ‖ **15** ⟨se⟩ ipso *Gar. at cf. A. Kl.* | modestius G^2S *ed. R.* : molestius PG^1EHJ ‖ **17** litteris PGE : litterati HAJSb *edd. R. et V.* | doctrinae G^2E : doctrinis PG^1 : doctrinisque HASb *edd. R. et V.* | dediti P^2GEH : deditis P^1 | quiddam PG^2EH : quidam G^1 ‖ **18** ei qui GEH : ei quoi P : eum qui *Cou.* ‖ **19** faceret PGE : vellet faceret (facere b^1) Hb^1 *ed. V.* : facere vellet $AJSb^2$ *ed. R.* | recte cadere *Reid* : tractare PGE : tractaret H *ed. V.* : facillime tractaret (-re Sb *ed. R.*) AJSb *ed. R.* : recte tractare *Cou.* : recte se dare *Mdv.*^{1} *418* : recte habere *Paul 12* : procedere *Mue.*^{3} : recte procedere *Pet.*^{1} : quadrare *Stangl 7* ‖ **20** ageret P^2GEH : -rent P^1 ‖ **21** esse PGH : esset E | qui tantum P^2GEH : quantum P^1 ‖ **23–24** extremus J^2b *ed. R.* : exercitus $PGHAJ^1$S : ex E : *om. ed. V.* ‖ **24** orationi G^2AJSb *ed. R.* : rationi PG^1EH ‖ **25** omnium penitus PGH : penitus omnium E ‖ **25–26** voluptatis ex PG^2H : ex voluptatis G^1E ‖ **26** illius P^2GEH : illis P^1 | ex mea sed G^2AJSb *ed. R.* : in mea quam PG^1EH : in mea sed *ed. V.* ‖ **30** fuerim HJS *ed. R.* : fuerit PGE ‖ **31** actorem P^2GE : auctorem P^1H

Ac mihi quidem hoc dignum re publica videtur, hoc deberi huius ex- 5
cellentis viri praestantissimae gloriae, hoc proprium esse vestri offici,
hoc satis esse causae ut quod fecisse Cn. Pompeium constet id omnes
35 ei licuisse concedant. nam verius nihil est quam quod hesterno die dixit
ipse, ita L. Cornelium de fortunis omnibus dimicare, ut nullius in delic-
ti crimen vocaretur. non enim furatus esse civitatem, non genus suum
ementitus, non in aliquo impudenti mendatio delituisse, non inrepsisse
in censum dicitur: unum obicitur, natum esse Gadibus. quod negat nemo.
40 cetera accusator fatetur, hunc in Hispania durissimo bello cum Q. Metel-
lo, cum C. Memmio et in classe et in exercitu fuisse; ut Pompeius in His-
paniam venerit Memmiumque habere quaestorem coeperit, numquam a
Memmio discessisse, Carthagine esse opsessum, acerrimis illis proeliis et
maximis, Sucronensi et Turiensi, interfuisse, cum Pompeio ad extremum
45 belli tempus fuisse. haec sunt propria Corneli merita in rem publicam 6
nostram, labor assiduitas dimicatio virtus digna summo imperatore, spes
pro periculis praemiorum; praemia quidem ipsa non sunt in eius facto qui
adeptus est, sed in eius qui dedit. donatus igitur est ob eas causas a Cn. **3**
Pompeio civitate. id accusator non negat, sed reprehendit ut in Cornelio
50 causa ipsius probetur, poena quaeratur, in Pompeio causa laedatur, poena
sit nulla nisi famae: sic innocentissimi hominis fortunas, praestantissumi

32 re p. *Gar.* : re* G : rei PEHAJSb *edd. R. et V.* | deberi P[2]GEH : debederi P[1] || **32–33** excellentis GEH : excellenti P || **34** fecisse PH : defecisse G[1]E : effecisse G[2] | constet PG[2]H : confiet G[1]E || **35** ei G *in ras.* E : et PHAJSb *edd. R. et V.* | verius P[2]G[2]H : virtus P[1]G[1]E || **38** mendatio P[2]GEH : mendatione P[1] || **39** unum PGH : ubi E || **40** cetera PGE : ceterum HAJS *edd. R. et V.* | fatetur PH : fateatur GE | durissimo bello cum PGH : a durissimo bellorum E || **41** ut PG : et ut HAJSb *edd. R. et V.* : *om.* E || **42** memmiumque G[2]H : -qui PG[1]E | habere PGH : ababere E || **43** Karthagine *Mdv.*[1] *419* : cartaginem (cartha- H *ed. R.*) PGEHAJSb *edd. R. et V.* | esse opsessum *Mdv.*[1] *419* : esse (isse P[2]S) possessum PHAS : possessum esse GE : esse profectum *ed. R.* | **44** sucronensi (sucr- *in ras.* P) PGEJAS *ed. R.* : sucrenensi H | Turiensi *Is. Vossius 191* : duriensi PGE : durensi HAJS *edd. R. et V.* || **45** tempus PGEAJS *ed. R.* : *om.* H *ed. V.* | propria *R. Kl.* : proelia PGEHAJS *edd. R. et V.* : praemia b | Corneli merita *A. Kl.* : cornelitas P[1] : cornelii talis P[2]HAJSb *edd. R. et V.* : cornelii hic GE : Corneli tantus *Ha.* : Corneli pietas *Reid, Mue.*[3] || **48** igitur est P[2]GEH : igitur P[1] || **50** laedatur] labatur *Kra. 119* || **51** nisi famae *Or. apud Halm* : si famae P[1]H : si famem G : si famam E : famae P[2] : si tamen AS : si tamen fame J *ed. R.*

imperatoris factum condemnari volunt. ergo in iudicium caput Corneli, factum Pompei vocatur. hunc enim in ea civitate in qua sit natus honestissimo loco natum esse concedis, et ab ineunte aetate relictis rebus suis omnibus in nostris bellis nostris cum imperatoribus esse versatum, 55 nullius laboris, nullius opsessionis, nullius proeli expertem fuisse. haec sunt omnia cum plena laudis, tum propria Corneli, nec in iis rebus crimen
7 est ullum. ubi igitur est crimen? quod eum Pompeius civitate donavit. huiusne crimen? minime, nisi honos ignominia putanda est. cuius igitur? re vera nullius, actione accusatoris eius unius qui donavit. qui si adductus 60 gratia minus idoneum hominem praemio adfecisset, quin etiam si virum bonum, sed non ita meritum, si denique aliquid [quod] non contra ac liceret factum diceretur, sed contra atque oporteret, tamen esset omnis eius
8 modi reprehensio a vobis, iudices, repudianda. nunc vero quid dicitur? quid ait accusator? fecisse Pompeium quod ei facere non licuerit; quod 65 gravius est quam si id factum ab eo diceret quod non oportuisset. est enim aliquid quod non oporteat, etiam si licet; quicquid vero non licet, certe non oportet.

4 Hic ego nunc cuncter sic agere, iudices, non esse fas dubitari quin quod

53 pompei P²GEH : pompeium P¹ | enim in P²GEH : *om.* P¹ | qua est *Bai.* || **55** nostris cum PH : cum GE | imperatoribus PGH : imperitis E || **56** proeli PGEAJS *ed. R.* : periculi Hb *ed. V.* || **57** omnia cum plena P²GEH : plena omnia cum (cū *extra versum*) P¹ | iis PG : his EH || **58** ullum PG²EH : illud G¹ | est² PGH : *om.* E | pompeius PGH : pompei E || **59–60** huiusne crimen ... qui donavit PGH : *om.* E || **59** huiusne *R. Kl.* : huiusce P²GHb¹ : huius P¹ | honos PH : honor G² : homo G¹ | putanda PGAJS *edd. R. et V.* : vitanda H || **60** revera P *ed. R.* : reversa a G : reversa HAJS | actione *Ang.* : acciones (act- G) PGHAJSb *edd. R. et V.* | accusatoris P²GH : -res P¹ || **61** quin *Mdv.*¹ *420* : qui PGEH || **62** quod *del. Gar.* || **63** diceretur PGH : ab eo diceret E || **63–64** eius modi PGE : eius H || **65** ait PG²H : agit G¹E : agitat *Paul 6* | fecisse PGH : fuisse E || **65** quod² PGH : quid E || **66** oportuisset PGH : potuisset E | est enim HJASb *edd. R. et V.* : sed si enim P¹GE : si enim P² || **67** quicquid P²GEH : quodqui P¹ | vero GEH : viro P || **69** cuncter (cunter J) PGAJSb : ter E : constet H *ed. V.* : coner *ed. R.* || **69–71** sic agere ... fateamur P²GEH : *lac. 4 versuum relicta om.* P¹ || **69** dubitari P²GEHJb¹ : dubitare Sb² *Ern.* | quin P²GEAJS *ed. R.* : quia H *ed. V.*

70 Cn. Pompeium fecisse constet id non solum licuisse, sed etiam decuisse fateamur? quid enim abest huic homini quod si adesset, iure haec ei tri- 9 bui et concedi putaremus? ususne rerum? qui pueritiae tempus extremum principium habuit bellorum atque imperiorum maximorum, cuius plerique aequales minus saepe castra viderunt quam hic triumphavit, qui tot habet 75 triumphos quot orae sunt partesque terrarum, tot victorias bellicas quot sunt in rerum natura genera bellorum. an ingenium? cui etiam ipsi casus eventusque rerum non duces, sed comites [eius] consiliorum fuerunt, in quo uno ita summa fortuna cum summa virtute certavit, ut omnium iudicio plus homini quam deae tribueretur. an pudor, an integritas, an religio 80 in eo, an diligentia umquam requisita est? quem provinciae nostrae, quem liberi populi, quem reges, quem ultimae gentes castiorem moderatiorem sanctiorem non modo viderunt, sed aut sperando umquam aut optando cogitaverunt? quid dicam de auctoritate? quae tanta est quanta in his tan- 10 tis virtutibus ac laudibus esse debet. cui senatus populusque Romanus 85 amplissimae dignitatis praemia dedit non postulanti, imperia vero etiam recusanti, huius de facto, iudices, ita quaeri ut id agatur licueritne ei face-

70 constet P[2]GE : constat *corr.* P[1] : constitit HAJSb *edd. R. et V.* | licuisse (hoc iam *Lb.*[1]) sed etiam decuisse fateamur *R. Kl.* : decuisse sed etiam debuisse f. P[2]HAJb *edd. R. et V.* : debuisse fateamur decuisse (de cuius se E) sed etiam G[1]E : debuisse fateamur sed etiam decuisse *litteris a d b c inde a fateamur sscr. effecit* G[2] || **71** adesset AJb[2] *edd. R. et V.* : abesset PGEHb[1] | ei *Lb.*[1] : et PGEHA JSb *edd. R. et V.* || **71–72** tribui et P[2]GEH : tribuet P[1] | extremum GEH : -mae P || **73** principium P[2]GEH : -pum P[1] || **74** castra P[2]GEH : crastra P[1] || **75** quot[1] P[2]GEH : quod P[1] | orae P[1]GAJS *edd. R. et V.* : horae P[2]H : res E | quot[2] P[2]GEH : quod P[1] || **76** genera PGH : *om.* E | an ingenium HAJSb *edd. R. et V.* : adgenium P[1] : ad ingenium P[2]GE | cui *Mdv.*[1] *421* : quin HAJSb *edd. R. et V.* : inquid (-it G) PGE | ipsi P[1]GE : ipse P[2]H || **77** eius *del. Mdv.*[1] *421* || **78** uno ita PGH : uncta E | omnium P[2]GEH : omnio P[1] || **79** plus homini quam deae (de P[1]) PGE : plus quam decet HJSb *edd. R. et V.* | an pudor P[2]GEH : aput*** P[1] || **80** diligentia PGH : dilia E || **81** ultimae gentes *v. l. apud Car. Stephanum 704* : ult** raregentes P : ultra regentes GE : alterae (exterae b) gentes HAJSb *edd. R. et V.* || **83** quanta P[2]GEH : quanta est P[1] | his EHb : iis PG || **84** populusque R· GEH : populus ·Q·R· P || **85** amplissima *Paul 3. at cf. A. Kl.* | vero *Man.*[1] : verum PGEHAJSb *edd. R. et V.* || **86** iudices PGE : *om.* H | licueritne ei P[2] : licueritnei P[1] : licueritne id GEHAJSb *edd. R. et V.*

re quod fecit, an vero non dicam non licuerit, sed nefas fuerit – contra foe-
dus enim, id est contra populi Romani religionem et fidem, fecisse dici-
5 11 tur –, non turpe rei publicae, nonne vobis? audi hoc de parente meo puer,
cum Q. Metellus Luci filius causam de pecuniis repetundis diceret, ille 90
vir cui patriae salus dulcior quam conspectus fuit, qui de civitate dece-
dere quam de sententia maluit – hoc igitur causam dicente cum ipsius
tabulae circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse iudicem ex illis
equitibus Romanis gravissimis viris neminem, quin removeret oculos ⟨et⟩
se totum averteret, ne forte quod ille in tabulas publicas rettulisset du- 95
bitasse quisquam verumne an falsum esset videretur: nos Cn. Pompei
decretum [iudicium] de consili sententia pronuntiatum recognoscemus,
cum legibus conferemus, cum foederibus, omnia acerbissima diligentia
12 perpendemus? Athenis aiunt cum quidam apud eos qui sancte graviter-
que vixisset [et] testimonium publice dixisset et, ut mos Graecorum est, 100
iurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices ne is iuraret re-
clamasse. [cum] Graeci homines spectati viri noluerunt religione videri
potius quam veritate fidem esse constrictam: nos etiam in ipsa religione et
legum et foederum conservanda qualis fuerit Cn. Pompeius dubitabimus?
13 utrum enim scientem voltis contra foedera fecisse an inscientem? si scien- 105

87 non dicam PH : nondicam *scr.* G : ^{n}dicam *scr.* E ‖ **89** nonne PGEH : non *Gar., quod propter malam clausulam spernendum putat A. Kl.* | audi $P^{1}G^{1}E$: audii $P^{2}G^{2}H$ ‖ **90** diceret P^{2}GEH : dicere P^{1} | ille GEAJS *edd. R. et V.* : *bis* PHb ‖ **91** vir P^{2}GEH : *om.* P^{1} | patriae P^{2}H : patria P^{1}GE ‖ **92** dicente P^{2}GEH : decente P^{1} ‖ **93** iudicem ex PGH : iudex E ‖ **94** quin Sb : qui PGE HAJ *edd. R. et V.* ‖ **94–95** ⟨et⟩ se *Ang.* : seque b : se PGES : sed HAJ *edd. R. et V.* ‖ **95** publicas PGH : *om.* E ‖ **95–96** dubitasse b : dubitasset PGEHAJ *edd. R. et V.* ‖ **96** esset *Naug.*[1] : esse PGEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **97** iudicium *om.* V *teste Gru., 'et per me licet eiiciatur'* ‖ **98** omnia PGE : quorum HAJSb *edd. R. et V.* | diligentia P^{1}GE : diligencia est P^{2}HAJS *edd. R. et V.* ‖ **99** perpendemus *Lb.*[1] : perpendimus GE : pertendimus P^{1} : pertendemus P^{2}HAJSb *edd. R. et V.* | sancte PGH : se est E ‖ **100** et *del. Ang.* | publice dixisset PGE : dixisset publice HAJSb *edd. R. et V.* | et ut PGH : ut et E ‖ **101** voce PH : *om.* GE ‖ **102** cum *del. Mdv.*[1] *422* : cum PGE HAJb^{1} *edd. R. et V.* : an *Paul 5* : quid? *Weidner 11* : tum Sb^{2} *Pet.*[2] | spectati $P^{2}G^{2}$EH : spectanti $P^{1}G^{1}$ | religione P^{2}GEH : -nem P^{1} ‖ **103** potius quam PGH : quam potius est E | veritate fidem P^{2}H : veritatem fidem P^{1} : fide veritate G^{1} : fide veritatem G^{2} : fidem veritate E | constrictam P^{2}GEH : *om.* P^{1} ‖ **104** legum P^{2}GEH : legem P^{1} ‖ **104** dubitabimus PGE : dubitamus HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **105** scientem GE : sicientem P^{1} : inscientem P^{2}HAJSb *edd. R. et V.* | inscientem GE : scientem PHAJSb *edd. R. et V.*

tem, – o nomen nostri imperi! o populi Romani excellens dignitas! o Cn. Pompei sic late longeque diffusa laus ut eius gloriae domicilium communis imperi finibus terminetur! o nationes urbes populi reges tetrarchae tyranni – testes Cn. Pompei non solum virtutis in bello, sed etiam
110 religionis in pace! vos denique mutae regiones inploro, et sola terrarum ultimarum, vos maria portus insulae litora! quae est enim ora, quae sedes, qui locus, in quo non extent huius cum fortitudinis, tum vero humanitatis, cum animi, tum consili inpressa vestigia? hunc quisquam incredibili quadam atque inaudita gravitate virtute constantia praeditum foedera sci-
115 entem neglexisse violasse rupisse dicere audebit? **6** 14 gratificatur mihi gestu accusator: inscientem Cn. Pompeium fecisse significat. quasi vero levius sit, cum in tanta re publica versere et maximis negotiis praesis, facere aliquid quod scias non licere, quam omnino non scire quid liceat. etenim utrum ⟨qui in⟩ Hispania bellum acerrumum et maximum gesserat quo
120 iure Gaditana civitas esset nesciebat, an cum ius illius populi nosset, interpretationem foederis non tenebat? id igitur quisquam Cn. Pompeium ignorasse dicere audebit, quod mediocres homines, quod nullo usu, nullo studio praediti militari, quod librarioli denique scire profiteantur? 15 equi-

106 nomen PG²EH : numen G¹ | nostri imperii GEH : nos nostriumperii P¹ : nostriumperii P² || **108** communis P²GEH : commonis P¹ : communiter *Paul 3* | o nationes P²G²H : orationes P¹G¹E | reges PGE : *om.* HAJSb *edd. R. et V.* || **110** religionis PG²EH : -nes G¹ | mutae P¹H : multae P² : muta G : mutas E | regiones P²GEH : religiones P¹ || **111** litora P *ed. R.* : littoraque GEHAJSb *ed. V.* | ora P²GESb *ed. R.* : fora P¹ : hora H || **112** locus PGH : loco E || **114** quadam atque GEH : quodam que P¹ : quodam atque P² || **115** audebit PG²E²H : audebitur G¹E¹ || **116** inscientem PGE : nescientem HAJSb *ed. R.* | ⟨non⟩ levius *Memmius apud Lb.*¹, *alii alia* (*cf. etiam cum R. Kl. xxxvi, tum Pet.*¹ *176–177*) || **117** re ·p· GEH : rei ·p· P | versere PG²E²H : versare G¹E¹ | praesis PGH : possis E || **118** quam *Syl.* : an (aut G²) PG¹EHAJSb *edd. R. et V.* | non scire PGE : nescire HAJSb *edd. R. et V.* | quid GEAJS *ed. R.* : quod PHb *ed. V.* || **119** ⟨qui in⟩ *Lb.*¹ : cum in HS : *om.* PGE || **120** gaditana PH : gra- GE | esset PH : esse GE | cum ius illius *Mdv.*¹ *423* : cuius illius P : cui illius GE : cuius linguam HAJSb *edd. R. et V.* | nosset PGE : non nosset HAJSb *edd. R. et V.* || **122** ignorasse PH : ignorasse aliquid GE | mediocres G²E : -cris PG¹H || **123** praediti militari PGE : militari praediti HAJSb *edd. R. et V.* : praediti liberali *Paul 8* | scire PGEH : scire ⟨se⟩ *Zie. 208* : ⟨se⟩ scire *Lb.*¹

dem contra existimo, iudices, cum in omni genere ac varietate artium, etiam illarum quae sine summo otio non facile discuntur, Cn. Pompeius excellat, singularem quandam laudem eius praestabilem esse scientiam in foederibus pactionibus condicionibus populorum regum exterarum nationum, in universo denique belli iure atque pacis; nisi forte ea quae nos libri docent in umbra atque otio, ea Cn. Pompeium neque cum requiesceret litterae, neque cum rem gereret regiones ipsae docere potuerunt. 125 130

Atque, ut ego sentio, iudices, causa dicta est. temporum magis ego nunc vitiis quam genere iudici plura dicam. est enim haec saeculi quaedam macula atque labes, virtuti invidere, velle ipsum florem dignitatis infringere. etenim si Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset, is vir a quo senatus adulescentulo atque equite Romano saepe communi saluti auxilium expetisset, cuius res gestae omnis gentes cum clarissima victoria terra marique peragrassent, cuius tres triumphi testes essent totum orbem terrarum nostro imperio teneri, quem populus Romanus in⟨auditis honoribus⟩ singularibusque decorasset, si nunc apud nos id quod is fecisset contra foedus factum diceretur, quis audiret? nemo profecto. mors enim cum extinxet invidiam, res eius gestae sempiterni nominis gloria 16 135 140

124 in PH : *om.* GE | varietate P[2]GEH : varie P[1] || **125** etiam PGH : et etiam E || **126** excellat PHAJSb *edd. R. et V.* : excelleat GE *v. A. Kl.* | eius *Bai.* : et PGEHAJS *ed. R.* : eius et *Asc.* || **127** pactionibus PGH : pactationibus E | exterarum b : et terrarum PGEHAJ *edd. R. et V.* : terrarum S || **127–128** nationum P[2]GEH : natinum P[1] || **128** nisi PH : ni GE | libri P[2]H : liberi P[1]GE || **129** atque PGEb : et HAJS *edd. R. et V.* || **132** vitiis quam G[2] *Bai.* : vitiis inquam G[1] : citius inquam E : ut iis (iis *in ras.* P : his H) inquam PH : huius inquam AJSb *edd. R. et V.* : vitio quam *Mdv.*[1] *424* || **132–133** quaedam macula atque (adque P[1]) labes PGE : labes quedam et macula HJSb *edd. R. et V.* (*utrobique* haec *in* huius *mutato*) : labes et macula quaedam (haec *in* huius *mutato*) A || **133** virtuti P[2]GEH : -te P[1] || **134** CN· GE : gn̄· H : *om.* P | is vir PGH : vis vir E || **135** atquae∗ P | communi saluti P[1]GE : communis salutis P[2]HAJSb *edd. R. et V.* || **136** cuius PH : cui GE | omnis gentes PH : *om.* GE || **138–139** quem ... decorasset PGEAJSb[2]*mg.* *edd. R. et V.* : *om.* Hb[1] | populus PGAJS *edd. R. et V.* : populi E | in⟨auditis honoribus⟩ *Bai.* post *Mdv.*[1] *424, qui praeterea* in⟨signibus⟩ *proposuit* : in⟨signibus⟩ honoribus *Cou. post Mdv. ib.* : in⟨usitatis⟩ honoribus *coni. A. Kl. (coll. Phil. 3,23)* || **139** is PGEJb[2] *edd. R. et V.* : id H : *om.* Ab[1] || **141** extinxet P : extinxisset GEHAJSb *edd. R. et V.; cf. Sest. 28 et 102* | eius PH : ei GE | gloria P[2]GEH : *om.* P[1]

niterentur. cuius igitur audita virtus dubitationi locum non daret, huius experta atque perspecta optrectatorum voce laedetur?

7 17 Omittam igitur Pompeium iam oratione mea reliqua, sed vos, iudices, 145 animis ac memoria tenetote. de lege, de foedere, de exemplis, de perpetua consuetudine civitatis nostrae renovabo ea quae dicta sunt. nihil enim mihi novi, nihil integri neque M. Crassus, qui totam causam et pro facultate et pro fide sua diligentissime vobis explicavit, neque Cn. Pompeius, cuius oratio omnibus ornamentis abundavit, ad dicendum reliquit. sed 150 quoniam me recusante placuit ambobus adhiberi hunc a me quasi perpoliendi quendam operis extremum laborem, peto a vobis ut me offici potius quam dicendi studio hanc suscepisse operam ac munus putetis. ac prius 18 quam adgrediar ad ius causamque Corneli, quiddam de communi condicione omnium nostrum deprecandae malivolentiae causa breviter com- 155 memorandum videtur. si quo quisque loco nostrum est, iudices, natus, aut si in qua fortuna est nascendi initio constitutus, hunc vitae statum usque ad senectutem optinere deberet, et si omnes quos aut fortuna extulit, aut ipsorum inlustravit labor et industria, poena sunt adficiendi, non gravior L. Cornelio quam multis viris bonis atque fortibus constitui lex vitae et 160 condicio videretur. sin autem multorum virtus ingenium humanitas ex infimo genere et fortunae gradu non modo amicitias et rei familiaris copias consecuta est, sed summam laudem honores gloriam dignitatem, non

142 cuius PH : cui GE | dubitationi P : -nis GEHAJSb *edd. R. et V.* || **143** experta atque Hb[1] *ed. V.* : atque PG[1]E : nota atque G[2] : praesens experta atque AJSb[2] *ed. R.* | perspecta HAJSb *edd. R. et V.* : perfecta PGE || **144** oratione mea P[2]GH : orationem ea *distinxit* P[1] : orationem meam E | reliqua *Ang.* : relinquam PGEHAJSb *edd. R. et V.* || **145** de exemplis P[2]GH : dexemplis P[1] : *om.* E | perpetua P[2]GEH : pertua P[1] || **146** enim P[2]GEH : *om.* P[1] || **147** crassus* (-s *in ras.*) P || **148** vobis PGH : nobis E || **149** cuius PH : cui GE | ad dicendum P[2]GEH : adicendum P[1] || **150** quoniam P[2]GEHAJSb *edd. R. et V.* : quam P[1] | hunc PGH : hinc E || **150–151** perpoliendi P[2]GEH : perpolendi P[1] || **151** officio *Paul 4; at v. A. Kl.* : officii potius ⟨tuendi⟩ *van der Vliet.*[2] *109* || **152** ac GEH : at P || **153** ad ius P[2]GEAJSb *edd. R. et V.* : adus P[1] : actus H || **157** optinere P[2]GEH : optine P[1] | deberet PG[2]EH : debere G[1] : debet *Ang.* || **158** poena G[2]HAJSb *edd. R. et V.* : poenae PG[1]E | sunt] essent *Ha.* || **161** infimo PGH : infirmo E

intellego cur potius invidia violatura virtutem L. Corneli quam aequitas
19 vestra pudorem eius adiutura videatur. itaque quod maxime petendum
est a vobis idcirco non peto, iudices, ne de vestra sapientia atque de vestra humanitate dubitare videar. est autem petendum ne oderitis ingenium, 165
ne inimici sitis industriae, ne humanitatem opprimendam, ne virtutem
poeniendam putetis. illud peto ut si causam ipsam per se firmam esse
et stabilem videritis, hominis ipsius ornamenta adiumento causae potius
quam inpedimento esse malitis. 170

8 Nascitur, iudices, causa Corneli ex ea lege quam L. Gellius Cn. Cornelius ex senatus sententia tulerunt. qua lege videmus satis esse sanctum,
ut cives Romani sint ii quos Cn. Pompeius de consili sententia singillatim
civitate donaverit. donatum esse L. Cornelium praesens Pompeius dicit,
indicant publicae tabulae, accusator fatetur, sed negat ex foederato populo quemquam potuisse, nisi is populus fundus factus esset, in hanc civita- 175
20 tem venire. o praeclarum interpretem iuris, auctorem antiquitatis, correctorem atque emendatorem nostrae civitatis, qui hanc poenam foederibus
adscribat, ut omnium praemiorum beneficiorumque nostrorum expertis
faciat foederatos! quid enim potuit dici imperitius quam foederatos populos fieri fundos oportere? nam id non magis est proprium foederatorum 180
quam omnium liberorum. sed totum hoc, iudices, in ea fuit positum semper ratione atque sententia, ut cum iussisset populus Romanus aliquid, si
id adscivissent socii populi ac Latini, et si ea lex quam nos haberemus,
eadem in populo aliquo tamquam in fundo resedisset, ut tum lege eadem 185

163 violatura virtutem Sb : violatur a virtute PHAJ *edd. R. et V.* : violatur virtute GE || **164** adiutura P²GEH : adiutora P¹ || **166** autem PH : hoc (*scr.* h·) G : enim E || **168** poeniendam *Gru.* : puniendam G²H²AJSb¹ *edd. R. et V.* : poenitendam PG¹EH¹ || **169** causae potius AJ *edd. R. et V.* : causae totius PH : totius causae GE : ? b || **172** videmus *Man.*¹ : videamus PGEHAJSb *edd. R. et V.* | satis esse sanctum *Syl.* : satis esse sancti PGEHAJSb *edd. R. et V.* : satis ⟨aperte⟩ esse sanctum *Paul 19* : rite esse sanctum *Pet.*¹*; alii alia* || **173** pompeius PG¹H : pompei G²E | consili PEH : -liis G || **176** esset PGH : esse E || **177** venire (veni∗re *ubi* -re *in ras.* P) PGH² : veni E : venit H¹ || **179** beneficiorumque G²H : beneficioque PG¹E || **180** faciant *Lehmann 216* || **181** foederatorum P²GEH : foeratorum P¹ || **182** liberorum PGH : -rarum E | in ea fuit PH : fuit in ea GE || **183** iussisset PGH : vidisset E | populus Romanus *Asc.* : praeco P : praetor GEHAJSb *edd. R. et V.* || **184** socii populi PH : populi socii GE || **185** resedisset P²GEH : -disse P¹ | tum PH : cum GE | eadem P²GEH : adem P¹

is populus teneretur, non ut de nostro iure aliquid deminueretur, sed ut illi populi aut iure eo quod a nobis esset constitutum aut aliquo commodo aut beneficio uterentur. tulit apud maiores nostros legem C. Furius de 21 testamentis, tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus; innumerabiles 190 aliae leges de civili iure sunt latae; quas Latini voluerunt, adsciverunt. ipsa denique Iulia, qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. in quo magna contentio Heracliensium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in his civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret. postremo haec vis est istius et 195 iuris et verbi, ut fundi populi beneficio nostro, non suo iure fiant. cum ali- 22 quid populus Romanus iussit, id si est eius modi ut quibusdam populis sive foederatis sive liberis permittendum esse videatur, ut statuant ipsi non de nostris, sed de suis rebus, quo iure uti velint, tum utrum fundi facti sint an non quaerendum esse videatur: de nostra vero re publica, de 200 nostro imperio, de nostris bellis, de victoria, de salute fundos populos fieri noluerunt. atqui si imperatoribus nostris, si senatui, si populo Roma- **9** no non licebit propositis praemiis elicere ex civitatibus sociorum atque amicorum fortissimum atque optimum quemque ad subeunda pro salute nostra pericula, summa utilitate ac maximo saepe praesidio periculosis 205 atque asperis temporibus carendum nobis erit. sed per deos immortales! 23 quae est ista societas, quae amicitia, quod foedus, ut aut nostra civitas careat in suis periculis Massiliensi propugnatore, careat Gaditano, careat Saguntino, aut si quis ex his populis sit exortus, qui nostros duces auxilio

186 deminueretur PH : di- GE ‖ **187** aut aliquo P[2]GEH : ut aliquo P[1] ‖ **188** ut beneficio *coni. Mue.*[1] : ac b. *A. Kl.* ‖ **188–194** tulit ... anteferret PGESb[2]*mg. ed. R.* : *om.* HJb[1] *ed. V.* : *plura habet* A ‖ **189** tulit ·Q· voconius PSb[2] *ed. R.* : tulitque quintus voconius G : tulit quoconius *(sic)* E ‖ **190** leges PG[2]E : reges G[1] ‖ **193** heracliensium b[2] *ed. R.* : heraclensium PGE | neapolitanorum PG[2]E : neapolinanorum G[1] ‖ **194** libertatem P[1]GE : -te P[2] | civitati G[2]S *ed. R.* : civitate* P (*an* -tei) : -te G[1]E | vis PGEJS *ed. R.* : ius HAb *ed. V.* ‖ **195** iuris et PGH : iuri sed E ‖ **196** populis PG[2]H : -li G[1]E ‖ **198–199** tum ... videatur PGE AJSb *edd. R. et V.* : *om.* H ‖ **201** atqui si P[2]GH : atquis P[1]E | populo GEAJb *ed. R.* : populoque PH *ed. V.* ‖ **204** periculosis *Mdv.*[1] *425 adn. 2* : periculis PGE : in periculis HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **205** nobis PGE : *om.* HJSb *edd. R. et V.* | immortales PHAJSb *edd. R. et V.* : *om.* GE ‖ **206** est PGEAJSb *edd. R. et V.* : *om.* H ‖ **208** his P : illis GEH

laboris, commeatus periculo suo iuverit, qui cum hoste nostro comminus
in acie saepe pugnarit, qui se saepe telis hostium, qui dimicationi capi- 210
tis, qui morti obiecerit, nulla condicione huius civitatis praemiis adfici
24 possit? etenim in populum Romanum grave est non posse uti sociis excel-
lenti virtute praeditis, qui velint cum periculis nostris sua communicare;
in socios vero ipsos et in eos de quibus agimus foederatos iniuriosum et
contumeliosum est iis praemiis et iis honoribus exclusos esse fidelissimos 215
et coniunctissimos socios, quae pateant stipendiariis, pateant hostibus,
pateant saepe servis. nam et stipendiarios ex Africa Sicilia Sardinia ce-
teris provinciis multos civitate donatos videmus, et qui hostes ad nostros
imperatores perfugissent et magno usu rei publicae nostrae fuissent sci-
mus civitate esse donatos; servos denique, quorum ius fortuna condicio 220
infima est, bene de re publica meritos persaepe libertate, id est civitate,
publice donari videmus.

10
25 Hanc tu igitur, patrone foederum ac foederatorum, condicionem sta-
tuis Gaditanis, tuis civibus, ut quod iis quos magnis adiut⟨i opibus a
mai⟩oribus tuis armis subegimus atque in dicionem nostram redegimus 225

209 laboris commeatus PGEH : labore commeatu *Man.*^{2} : laboribus commeatibus *Kra. 119; v. ad loc. A. Kl.* | iuverit PGH : vixerit E || **210** pugnarit PG^{2}H : pugnaret G^{1}E | se saepe PH : sepe se GE || **211** morti G^{2}HAJSb *edd. R. et V.* : morte PG^{1}E || **212** etenim ... grave est (esse E) PGE : est enim ... grave HAJSb *edd. R. et V.* || **213** periculis P^{2}GEH : puericulis P^{1} | sua HAJSb *edd. R. et V.* : suis PGE || **214** iniuriosum PG^{2}H : incuriosum G^{1}E || **215** iis PGH : his E *utrobique* || **216** coniunctissimos HAJSb *edd. R. et V.* : coniunctis P : coniunctos GE | quae PGH : qui E | stipendiariis PH : stipendariis GE || **217** saepe servis PGE : servis HAJSb *edd. R. et V.* | et GEH : *om.* P | stipendiarios PH : stipendarios GE | ex PH : de GE || **219** usu (*sc. dat.*) PG^{1}E : usui G^{2}H || **220** civitate P^{2}GEH : -tes P^{1} | esse donatos PH : donatos esse GE | fortuna P^{2} : -nae P^{1}GEH || **221** infima PHb : infirma GE | libertate P^{2}G^{2}H : -tem P^{1}G^{1}E | id est PGH : hisdem E || **222** publice (-ae P^{1}) donari PEH : donari publice donari G | videmus *Man.*^{2} : videbamus PGEH || **224** gaditanis PEH : gra- G | iis PGH : his E | quos P^{2}GEH : quod P^{1} || **224–225** magnis adiut⟨i opibus a mai⟩oribus *Mdv.*^{2} *145* : magnis adiutoribus PGE : gaditanis adiutoribus HAJSb *edd. R. et V.* || **225** tuis PGE : *om.* H | ditionem PH : conditionem GE

liceat, si populus Romanus permiserit, ut ab senatu etiam per imperatores
nostros civitate donentur, id ne liceat ipsis? qui si suis decretis legibusve
sanxissent, ne quis suorum civium castra imperatorum populi Romani
iniret, ne quis se pro nostro imperio in periculum capitis atque in vitae
230 discrimen inferret, Gaditanorum auxiliis cum vellemus uti nobis [non]
liceret, privatus vero ne quis vir et animo et virtute praecellens pro nostro
imperio periculo suo dimicaret, graviter id iure ferremus, minui auxilia
populi Romani, debilitari animos fortissimorum virorum, alienigenarum
nos hominum studiis atque externa virtute privari. atqui nihil interest, 26
235 iudices, utrum haec foederati iura constituant, ut ne cui liceat ex iis ci-
vitatibus ad nostrorum bellorum pericula accedere, an quae nos eorum
civibus virtutis causa tribuerimus, ea rata esse non possint. nihilo enim
magis uteremur iis adiutoribus sublatis virtutis praemiis, quam si omnino
iis versari in nostris bellis non liceret. etenim cum pro sua patria pauci
240 post genus hominum natum reperti sint qui nullis praemiis propositis vi-
tam suam hostium telis obiecerint, pro aliena re publica quemquam fore
putatis qui se opponat periculis non modo nullo proposito praemio, sed
etiam interdicto?

226 liceat PH : licet GE ‖ **226–227** etiam per imperatores nostros GE : etiam per imperatoribus nostris P : ab imperatoribus nostris HAJS *edd. R. et V.* : ⟨ut⟩ etiam ab imperatoribus nostris *Ha.* : et ab imperatoribus nostris *Mue.*^{3} : et imperatoribus nostris *Paul 9* ‖ **227** legibusve PGH : legibus ut E ‖ **229** iniret PGH : inirent E | nostro imperio PH : imperio nostro GE ‖ **230** auxiliis PH : -lio GE | cum vellemus uti PGE : uti cum vellemus HAJSb *edd. R. et V.* | nobis PGE : *om.* H | non *del. Mdv.*^{1} *425* ‖ **232** ferremus minui P^{2}GEH : feremus minimi P^1 ‖ **234** hominum PH : *om.* GE | externa *Ang.* : paterna PGEH *ed. R.* : privata *Ha.* | atqui PG^{2}H : atque G^{1}E ‖ **235** liceat GEH : liceant P | iis *Mue.*^{3} : his PGEH ‖ **236** quae PGH : queso E ‖ **237** nihilo *Lb.*^{1} : nihil PGEH ‖ **238** iis P^{2}G : is P^1 : his EH | virtutis praemiis (-mis P) PGE : praemiis virtutis HAJSb *edd. R. et V.* | quam si GEH : quasi P ‖ **239** iis PG : his EH ‖ **241** pro aliena re p. PH : aliena pro R·P· G : ·R·p. pro aliena E | fore PAJSb *ed. R.* : esse (*sscr.* E) GE : forte H *ed. V.* ‖ **242** putatis HAJSb *edd. R. et V.* : putasti PGE | periculis PGH : -lum E ‖ **243** interdicto PG^{2}EH : -dicta G^1

11 27 Sed cum est illud inperitissime dictum de populis fundis, quod commune liberorum est populorum, non proprium foederatorum, ex quo intel- 245
legi necesse est aut neminem ex sociis civem fieri posse aut etiam posse
ex foederatis, tum vero ius omne nostrum iste magister mutandae civitatis
ignorat, quod est, iudices, non solum in legibus publicis positum, sed
etiam in privatorum voluntate. iure enim nostro neque mutare civitatem
quisquam invitus potest, neque si velit mutare non potest, modo adsciscatur 250
ab ea civitate cuius esse se civitatis velit. ut si Gaditani sciverint nominatim
de aliquo cive Romano, ut sit is civis Gaditanus, magna potestas sit
nostro civi mutandae civitatis, nec foedere impediatur quo minus ex cive
28 Romano civis Gaditanus possit esse. duarum civitatum civis noster esse
iure civili nemo potest; non esse huius civitatis qui se alii civitati dicarit 255
potest. neque solum dicatione, quod in calamitate clarissimis viris Q. Maximo
C. Laenati Q. Philippo Nuceriae C. Catoni Tarracone Q. Caepioni
P. Rutilio Zmyrnae vidimus accidisse, ut earum civitatum fierent cives,
⟨cum⟩ hanc ante amittere non potuissent quam hoc solum civitatis mutatione
vertissent, sed etiam postliminio potest civitatis fieri mutatio. neque 260
enim sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud
maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere
voluerunt, ad populum latum ut is Publicius si domum revenisset et

244 cum PGE : quam HAJSb *edd. R. et V.* | est PH : *om.* GE | populis b : populi PGEHAJS *edd. R. et V.* | quod (*in ras.* P)] quia *Ha.* || **244–245** commune G^{2}H : cum omne PG^{1} : cum omnem E || **245** est *ed. Med.* : et PGEHAJSb *edd. R. et V.* || **247** nostrum iste *Kok 84* : noster iste PG^{2}HAJSb *edd. R. et V.* : nostris te G^{1}E || **249** mutari civitate *Reid (coll. 31,295)* || **250** potest^{1} PGEAJSb *ed. R.* : *om.* H *ed. V.* || **251** ⟨civem⟩ civitatis *Lb.*^{2} || **252** gaditanus PEH : gra- G | potes*tas P || **253–254** cive romano *bis* P^{1}, *posterius del.* P^{2} || **254** civis PG^{2}H : cives G^{1}E | gaditanus PGEH^{2} : romanus H^{1} | ⟨enim⟩ civitatum [civis] noster *Pluy.*^{3} *102* | noster PG^{2}EH : nostrae G^{1} || **255** civitatis PGE : civitatis civis HAJSb *edd. R. et V.* | dicarit PG^{2}EH : dicari G^{1} || **256** Q· GEH : q** P || **257** tarracone PGEAS *ed. R.* : tarracone aeque H || **258** zmirne (-ae P) PGE : smirnae HAJSb *edd. R. et V.* | videmus *Mdv.*^{1} *427* || **259** cum *add. Mdv. ib.* | amittere G^{2}AS *ed. R.* : mittere PG^{1}EH | hoc (-oc *in ras.*) P || **259–260** civitatis mutatione *del. Paul 22* | mutatione PG^{2}H : -em G^{1}E || **260** vertissent PGEJSb *ed. R.* : evertissent H *ed. V.* || **261** publicio PGH : publicatione E | menandro PEH : nemenandro G | libertino homine PHASb *ed. V.* : homine libertino G : homine liberrimo EJ *ed. R.* || **262** legati nostri GEH : legatio nostri P || **263** latum PG^{1}EH : latum est G^{2} | publicius PGEJSb *edd. R. et V.* : -ium HA

inde Romam redisset, ne minus civis esset. multi etiam superiore memo-
265 ria cives Romani sua voluntate indemnati et incolumes his rebus relictis
alias se in civitates contulerunt.

12 29 Quod si civi Romano licet esse Gaditanum sive exilio sive postliminio
sive reiectione huius civitatis – ut iam ad foedus veniam quod ad causam
nihil pertinet; de civitatis enim iure, non de foederibus disceptamus –,
270 quid est quam ob rem civi Gaditano in hanc civitatem venire non lice-
at? equidem longe secus sentio. nam cum ex omnibus civitatibus via sit
in nostram, cumque nostris civibus pateat ad ceteras iter civitates, tum
vero ut quaeque nobiscum maxime societate amicitia sponsione pacti-
one foedere est coniuncta, ita mihi maxime communione beneficiorum
275 praemiorum civitatis contineri videtur. atqui ceterae civitates omnes non
dubitarent nostros homines recipere in suas civitates, si idem nos iuris
haberemus quod ceteri. sed nos non possumus et huius esse civitatis et
cuiusvis praeterea, ceteris concessum est. itaque in Graecis civitatibus 30
videmus Athenis Rhodios Lacedaemonios ceteros undique adscribi mul-
280 tarumque esse eosdem homines civitatum. quo errore ductos vidi egomet
non nullos imperitos homines, nostros civis, Athenis in numero iudicum
atque Areopagitarum certa tribu, certo numero, cum ignorarent si illam
civitatem essent adepti, hanc se perdidisse nisi postliminio reciperassent.
peritus vero nostri moris ac iuris, nemo umquam qui hanc civitatem reti-
285 nere vellet in aliam se civitatem dicavit.

13 Sed hic totus locus disputationis atque orationis meae, iudices, pertinet
ad commune ius mutandarum civitatum; nihil habet quod sit proprium
religionis ac foederum. defendo enim rem universam, nullam esse gen-

265 his E *(i. nostris)* : iis PGH : suis *Ha.* || **266** se PGH : *om.* E || **267** civi PGH *ed. V.* : cive E | sive[1] PGH : *om.* E || **268** reiectione GEJb *ed. R.* : ratione (-a- *in ras.* P) PHAS *ed. V.* || **271** ex PGH : *om.* E || **273** nobiscum maxime PG EJb[2] *ed. R.* : *om.* HASb[1] *ed. V.* || **274** coniuncta PG[2]EH : cum iuncta G[1] || **274–275** communione ... contineri *Weiske* : communionem ... continere PGE HJb *edd. R. et V.* || **275** civitates P[2]GEH : -te P[1] | non PGE[2]H : *om.* E[1] || **276** homines *Gulielmius apud Gru.* : omnes PHb *ed. V.* : *om.* GEAJS *ed. R.* | nos PG[2]EH : *om.* G[1] || **278** cuiusvis *ed. R.* : cuius PGHAJSb *ed. V.* : cui E || **279** athenis PGEH : Athenienses *Pluy.*[3] *103; Busche 567* | rhodios PGH : -dias E || **281** iudicum PG[2]EH : -tium G[1] || **282** si P[2]GEH : se P[1] || **283** perdidisse P[2]GEH : *bis* P[1] | nisi ... reciperassent *del. Pluy.*[2] || **284** moris ac iuris PHASb *ed. V.* : iuris ac moris GEJ *ed. R.* || **286** orationis GEH : ornationis P || **288** foederum PGH : federis E | defendo PGH : -de E

tem ex omni regione terrarum, neque tam dissidentem a populo Romano odio quodam atque discidio, neque tam fide benivolentiaque coniunctam, ex qua nobis interdictum sit ne quem adsciscere civem aut civitate donare possimus. o iura praeclara atque divinitus iam inde a principio Romani nominis a maioribus nostris comparata, ne quis nostrum plus quam unius civitatis esse possit – dissimilitudo enim civitatum varietatem iuris habeat necesse est –, ne quis invitus civitate mutetur, neve in civitate maneat invitus! haec sunt enim fundamenta firmissima nostrae libertatis, sui quemque iuris et retinendi et dimittendi esse dominum. illud vero sine ulla dubitatione maxime nostrum fundavit imperium et populi Romani nomen auxit quod princeps ille creator huius urbis, Romulus, foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. cuius auctoritate et exemplo numquam est intermissa a maioribus nostris largitio et communicatio civitatis. itaque et ex Latio multi, ut Tusculani, ut Lanuvini, et ex ceteris regionibus gentes universae in civitatem sunt receptae, ut Sabinorum Volscorum Hernicorum. quibus ex civitatibus nec coacti essent civitate mutari, si qui noluissent, nec si qui essent civitatem nostram beneficio populi Romani consecuti, violatum foedus eorum videretur.

14 32 Etenim quaedam foedera exstant, ut Cenomanorum Insubrium Helvetiorum Iapydum non nullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in foederibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. quod si exceptio facit ne liceat, ubi ⟨non sit exceptum, ibi⟩ necesse est licere.

289 populo ·R· G : ·p·R· E : populi romani PH ‖ **291** ne quem G[2]E : neque PG[1]HAS ‖ **293** nostris PGH : *om.* E ‖ **294** unius PG[2]EH : *bis* G[1] ‖ **295** iuris ... mutetur (*ex* utetur P[2]) *suo loco* P[2]GEH : *om.* P[1] *(duo archetypi versus)* ‖ **300** etiam PGEJb *ed. R.* : et HAS *ed. V.* | hanc civitatem PGEJ *ed. R.* : civitatem hanc HASb *ed. V.* ‖ **302–303** ut ... ut P[1] : et ... et P[2]GEAJ *edd. R. et V.* : ut ... et HS *cf. A. Kl.* ‖ **303** lanuvini P[2]GE : ianu- H : anu- P[1] | regionibus *Rumpf 11* : generibus PGEHAJSb *edd. R. et V.* | sunt G[2]H : sui PG[1] : suam E ‖ **304** volscorum J : uuiscorum PGE : viscorum H | nec PGH : ne E ‖ **305** civitate mutari PG[1]EH : civitatem mutare G[2] ‖ **306** consecuti *Naug.*[1] : secuti PGEHAJS *ed. R.* ‖ **308** Cenomanorum *Mdv.*[1] *430* : genumanhorum P[1]G[1]E : germanorum P[2]G[2]HAJSb *edd. R. et V.* | insubrium PJb[2] *edd. R. et V.* : insalubrium GE : *om.* HASb[1] | **309** iapydum ... barbarorum Jb[2] *ed. R.* : *om.* HASb[1] *ed. V.* | iapidum (i- *in ras.* P) PJb[2] *ed. R.* : lapidum GE | item P[2]GE : idem P[1] ‖ **311** non sit (non est *Bai.*) exceptum ibi *add. Mdv.*[1] *431; Bai.*

ubi est igitur ⟨in⟩ foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate? nusquam. ac sicubi esset, lex id Gellia et Cornelia, quae definite potestatem Pompeio civitatem donandi dederat, sustulisset.
315 'exceptum' inquit 'est foedus, si quidem sacrosanctum est.' ignosco tibi, si neque Poenorum iura calles (reliqueras enim civitatem tuam) neque nostras potuisti leges inspicere; ipsae enim te a cognitione sua iudicio publico reppulerunt. quid fuit in rogatione ea quae de Pompeio a Gellio 33 et a Lentulo consulibus lata est, in quo aliquid sacrosanctum exceptum
320 videretur? primum enim sacrosanctum esse nihil potest nisi quod populus plebesve sanxit; deinde sanctiones sacrandae sunt aut genere ipso aut optestatione et consecratione legis aut poenae, cum caput eius qui contra fecerit consecratur. quid habes igitur dicere de Gaditano foedere eius modi? utrum a capitis consecratione an optestatione legis sacrosanctum
325 esse confirmas? nihil omnino umquam de isto foedere ad populum, nihil ad plebem latum esse neque legem neque poenam consecratam esse dico. de quibus igitur etiam si latum esset ne quem civem reciperemus, tamen id esset quod postea populus iussisset ratum nec quicquam illis verbis SI QUID SACROSANCTUM EST exceptum videretur, de iis cum

312 in *add. Ha.* : *om.* PGEJ : exceptum HASb *edd. R. et V.* ‖ **313** civitate PGH : *om.* E | id (i- *in ras.*) P | gellia H : agellia (-ia *in ras.* P) PGE ‖ **314** definitae (-te H) P[2] : diffinite G[2]b[1] *ed. V.* : definita est P[1]E | civitate *Mue.*[3] | dederat P[2]GEH : derat P[1] ‖ **317** potuisti PG[2]EH : posuisti G[1] | a cognitione P[2]GEH : agnitione P[1] ‖ **318** gellio PGH : gallio E ‖ **319** cos. (cos̄. G) lata PGAJS *ed. R.* : consule lata E : conflata H *ed. V.* | in quo *ed. V., Pant.* : in qua PGEH AJSb *ed. R.* : quo *Mdv.*[1] *432* | aliquid G[2]HAJSb *edd. R. et V.* : aliqua aliquid PG[1]E ‖ **320** sacrosanctum *del. Mdv.*[1] *432, sed cf. Mdv.*[2] *146* | esse nihil PH : nihil esse GE ‖ **321** plebesve P[2]GE : -ae P[1] : plebsve H | sanxit *Mdv.*[1] *432* : sanxisset PGEHAJSb *edd. R. et V.* : sanxerit *Pet.*[2] ‖ **321–322** aut[2] ... poenae PGEH *de forma dicendi consulendus A. Kl.* : atque obtestatione [et consecratione] legis aut poena *Mdv.*[1] *433* : aut obtestatione legis aut consecratione personae *Nipperdey 143; alii alia* ‖ **322** eius PEH : ei G | qui H : quem P[2]GE : *om.* P[1] ‖ **323** fecerit Sb : fecit PGEH *ed. V.* ‖ **324** sacrosanctum P[2]GEH : sacro sacrosanctum P[1] ‖ **325** de isto *bis* P[1] ‖ **326** neque legem ... -atam esse *hic Mue.*[3] : *post 327* latum esset PGEH : *post* dico *Ang., alii alibi* | consecratam *Mue.*[3] : gratam PGEHAJ *ed. R.* : gratam *vel* ratam *ed. V.* : ratam b : sacratam *Paul 23* : rogatam *Mdv.*[2] *145* ‖ **327** igitur etiam si *Gar.* : etiam igitur si PGE : etiam si G[2]H | ne quem PEH : neque G ‖ **328** nec PHAS *ed. V.* : neque GEJb *ed. R.; Cou.* | illis P : illius GEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **329** est *Pet.* : esset esse PGEH : est esse *Man.*[2] | iis PGH : his E

populus Romanus nihil umquam iusserit, quicquam audes dicere sacro- 330
15 34 sanctum fuisse? nec vero oratio mea ad infirmandum foedus Gaditano-
rum, iudices, pertinet. neque enim est meum contra ius optime meritae
civitatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatem senatus dicere.
duris enim quondam temporibus rei publicae nostrae, cum praepotens
terra marique Carthago nixa duabus Hispaniis huic imperio immineret, 335
et cum duo fulmina nostri imperi subito in Hispania, Cn. et P. Scipio-
nes, extincti occidissent, L. Marcius, primi pili centurio, cum Gaditanis
foedus icisse dicitur. quod cum magis fide illius populi, iustitia nostra,
vetustate denique ipsa quam aliquo publico vinculo religionis teneretur,
sapientes homines et publici iuris periti, Gaditani, M. Lepido Q. Catu- 340
lo consulibus a senatu de foedere postulaverunt. tum est cum Gaditanis
foedus vel renovatum vel ictum; de quo foedere populus Romanus sen-
35 tentiam non tulit, qui iniussu suo nullo pacto potest religione obligari. ita
Gaditana civitas quod beneficiis suis erga rem p⟨ublicam⟩ nostram conse-
qui potuit, quod imperatorum testimoniis, quod vetustate, quod Q. Catuli, 345
summi viri, auctoritate, quod iudicio senatus, quod foedere, consecuta
est; quod publica religione sanciri potuit, id abest; populus enim se nus-
quam obligavit. neque ideo est Gaditanorum causa deterior; gravissimis
enim et plurimis rebus est fulta. sed isti disputationi ⟨hic⟩ certe nihil est
loci. sacrosanctum enim nihil potest esse, nisi quod per populum ple- 350
16 bemve sanctum est. quod si hoc foedus quod populus Romanus auctore

330 au*des P ‖ **331** oratio P : haec oratio GEH | infirmandum PHASb *ed. V.* : firmandum GEJ *ed. R.* ‖ **332** meum PEH : *om.* G ‖ **333** civitatis P^{2}GEH : citatis P^1 ‖ **336** et cum P^{2}GEH : cum P^1 | fulmina PGEH *cf. A. Kl.* : lumina *Lb.*^{1} ‖ **337** marcius A : marius PGEH | primi PG^{2}EH : -mus G^1 | centurio P^{2}GEH : cin- P^1 ‖ **337–338** gaditanis foedus PG^{2}H : gadita G^{1}E ‖ **338** icisse *Ang.* : iecisse GEJb^2 *ed. R.* : fecisse PHASb^1 *ed. V.* | fide illius P^{2}GEH : fidelius P^1 ‖ **339** vetustate P^{2}GH : -ti P^{1}E ‖ **341** foedere P^{2}GEH : foere P^1 ‖ **343** potest ... obligari P^{2}GEH : potes ... obligarit P^1 ‖ **344** rem p. HASb *edd. R. et V.* : rem PGEJ ‖ **345** catuli G^{2}E^{2}H : -lo* P : -lo G^{1}E^1 ‖ **346** foedere PGH : -ra E ‖ **347** sanciri PGH : -re E ‖ **347–348** enim se nusquam (numquam E) P^{2}GEH : senus. enim quam P^1 ‖ **349** plurimis H : pluris PGE | isti disputationi (*haec iam* AJ) ⟨hic⟩ *Cobet 233* : est isti d. H : est iste d. PGE ‖ **350** enim G^{2}EH : *om.* PG^1 ‖ **350–351** plebemve G^2*mg.*H : plebem PE : *om.* G^1 ‖ **351** populus Romanus PGH : ·R·p· E

senatu, commendatione et iudicio vetustatis, voluntate et sententiis suis comprobat, idem suffragiis comprobasset, quid erat cur ex ipso foedere Gaditanum in civitatem nostram recipi non liceret? nihil est enim aliud in
355 foedere, nisi ut PIA ET AETERNA PAX sit. quid id ad civitatem? adiunctum illud etiam est quod non est in omnibus foederibus: MAIESTATEM POPULI ROMANI COMITER CONSERVANTO. id habet hanc vim ut sit ille in foedere inferior. primum verbi genus hoc CONSERVANTO, quo 36 magis in legibus quam in foederibus uti solemus, imperantis est, non pre-
360 cantis. deinde cum alterius populi maiestas conservari iubetur, de altero siletur, certe ille populus in superiore condicione causaque ponitur cuius maiestas foederis sanctione defenditur. in quo erat accusatoris interpretatio indigna responsione, qui ita dicebat, 'comiter' esse 'communiter', quasi vero priscum aliquod aut insolitum verbum interpretaretur. comes
365 benigni faciles suaves homines esse dicuntur; 'qui erranti comiter monstrat viam', benigne, non gravate; 'communiter' quidem certe non convenit. et simul absurda res est caveri foedere ut maiestatem populi Romani 37 'communiter' conservent, id est ut populus ⟨Romanus⟩ suam maiestatem esse salvam velit. quod si iam ita esset ut esse non potest, tamen de nostra
370 maiestate, nihil de illorum caveretur. potestne igitur nostra maiestas ⟨a⟩ Gaditanis benigne conservari, si ad eam retinendam Gaditanos praemiis elicere non possumus? potest esse ulla denique maiestas, si impedimur quo minus per populum Romanum beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem imperatoribus nostris deferamus?

352 vetustatis PG²*mg.*EH : *om.* G¹ ‖ **353** idem PGH : idem *vel* isdem E ‖ **354** gaditanum PGEH² : g gadinum H¹ ‖ **355** quid id b¹ : quod id PG¹EHb² : quod it G² ‖ **355–356** adiunctum H : -tam PGE ‖ **357** conservanto *Lb.*¹ : -vant PGE : -vent HASb *ed. R.* ‖ **358** sit ille (illi P¹) ... inferior PGEH : sint illi ... inferiores *Mue.*³ *deleta clausula (sic iam A. Kl.)* | conservanto *Lb.*² : -vanti P¹ : -vandi P²GEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **361** siletur H : sileatur PGE | superiore PH : superiori G²E : superi G¹ ‖ **363** indigna HAJSb *edd. R. et V.* : digna in PGE ‖ **364** priscum P²GEH : pricum P¹ | comes PGH : comites E ‖ **365** qui erranti P²GEH : quierant P¹ | comiter PH : com (*erasa lineola supra* -m) G : comiti E ‖ **365–366** monstrat PS : monstrant GEHAJb *edd. R. et V.* ‖ **368** populus ·R· b *ed. V.* : ·R· populus HAS : populus PGEJ *ed. R.* | suam P²GEH : sum P¹ ‖ **369** esse salvam velit PHASb *ed. V. (potiore clausula)* : velit esse salvam GEJ *ed. R.* | potest J²Sb² *ed. R.* : posset PGEHAJ¹b¹ *ed. V.* | tamen] tantum *Ha.* ‖ **370** a *add. Naug.*² ‖ **372** elicere H²AJSb *ed. R.* : eligere PGEH¹ *ed. V.* | maiestas PH : potestas GE

17
38 Sed quid ego disputo quae mihi tum si Gaditani contra me dicerent 375
vere posse dici viderentur? illis enim repetentibus L. Cornelium respon-
derem legem populum Romanum iussisse de civitate tribuenda; huic ge-
neri legum fundos populos fieri non solere; Cn. Pompeium de consili
sententia civitatem huic dedisse, nullum populi nostri iussum Gaditanos
habere; itaque nihil esse sacrosanctum quod lege exceptum videretur; si 380
esset, tamen in foedere nihil esse cautum praeter pacem; additum esse
etiam illud, ut maiestatem illi nostram conservare deberent, quae certe
minueretur si aut adiutoribus illorum civibus uti in bellis nobis non li-
39 ceret, aut praemi tribuendi potestatem nullam haberemus. nunc vero
quid ego contra Gaditanos loquar, cum id quod defendo voluntate eorum, 385
auctoritate, legatione ipsa comprobetur? qui a principio sui generis ac
[studio] rei publicae [ii] ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas
ad nostrum imperium nomenque flexerunt; qui cum maxima bella no-
bis inferrentur ⟨ab isdem Poenis, eos⟩ moenibus excluserunt, classibus
insecuti sunt, corporibus opibus copiis depulerunt; qui et veterem illam 390
speciem foederis Marciani semper omni sanctiorem ara duxerunt, et hoc
foedere Catuli senatusque auctoritate se nobiscum coniunctissimos esse
arbitrati sunt; quorum moenia delubra agros ut Hercules itinerum ac labo-
rum suorum, sic maiores nostri imperi ac nominis populi Romani termi-
40 nos esse voluerunt. testantur et mortuos nostros imperatores quorum vivit 395
inmortalis memoriae gloria, Scipiones Brutos Horatios Cassios Metellos,
et hunc praesentem Cn. Pompeium, quem procul ab illorum moenibus

375 tum (-m *in ras.*) P | dicerent G^{2}HSb *edd. R. et V.* : dicere PG^{1}E || **376** repetentibus PHASb *edd. R. et V.* : referentibus GEJ || **381** esset PGH : esse E | additum G^{2}EH : additums P : aditum G^{1} || **382** conservare *Asc.* : servare PGEHAJSb *edd. R. et V.* || **383** uti P^{2}GEH : ut P^{1} || **384** haberemus PEH : haberent G^{2} : habere G^{1} || **386–387** generis ... ab omni *consulendus A. Kl.* || **386** ac HASb *edd. R. et V.* : aut P : *om.* GEJ || **387** studio[1] *om. Ang.* | ii *om.* HSb *edd. R. et V.* : ii *partim in ras.* P : iis (his E) GEJ | sensuque P^{2}GEH : -sumque P^{1} || **389** ⟨ab isdem Poenis, eos⟩ *ego* : ⟨a Carthaginiensibus, eos⟩ *A. Kl.* || **391** sanctiorem ara *Lb.*[2] : sanctiorem arce (-re marce *distinxit* P) PGEHJ : sanctiorem iure *Kra. 119* || **392** senatusque P^{2}GEH : senatus qui P^{1} || **393** itinerum GEH : ipse uirum P^{1} : ipse uirium P^{2} || **394** sic PGH : si E | imperii P^{2}GEH : ip∗erii P^{1} || **395** mortuos (-tu- *in ras.*) P || **396** memoriae P : memoria et GEHAJSb *ed. R.* | horatios PGE : Flaccos *Gar.* | cassios PGEH : Crassos *Man.*[3]

acre et magnum bellum gerentem commeatu pecuniaque iuverunt, et hoc
tempore ipsum populum Romanum, quem in caritate annonae, ut saepe
400 ante fecerant, frumento subpeditato levarunt, se hoc ius esse velle ut sibi
et liberis, si qui eximia virtute fuerit, sit in nostris castris, sit in imperato-
rum praetoriis, sit denique inter signa atque in acie locus, sit his gradibus
ascensus etiam ad civitatem. quod si Afris, si Sardis, si Hispanis agris **18** 41
stipendioque multatis virtute adipisci licet civitatem, Gaditanis autem of-
405 ficiis vetustate fide periculis foedere coniunctis hoc idem non licebit, non
foedus sibi nobiscum, sed iniquissimas leges inpositas a nobis esse arbi-
trabuntur. atque hanc, iudices, non a me fingi orationem, sed me dicere
quae Gaditani iudicarint, res ipsa declarat. hospitium multis annis ante
hoc tempus cum L. Cornelio Gaditanos fecisse publice dico. proferam
410 tesseram; legatos excito; laudatores ad hoc iudicium, summos homines
ac nobilissimos, deprecatores huius periculi missos videtis; re denique
multo ante Gadibus inaudita, fore ⟨ut⟩ huic ab illo periculum crearetur ∗∗∗
gravissima autem in istum civem suum Gaditani senatus consulta fece-
runt. potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, quoniam hoc magno- 42
415 pere delectare verbo, si tum fit fundus cum scita ac iussa nostra sua sen-
tentia comprobat, quam cum hospitium fecit, ut et civitate illum mutatum
esse fateretur et huius civitatis honore dignissimum iudicaret? potuit cer-
tius interponere iudicium voluntatis suae quam cum etiam accusatorem
huius multa [et poena] ⟨no⟩tavit? potuit magis de re iudicare quam cum ad

398 ∗acre P ‖ **399** ipsum G^2 : ipso PG^{1}EH ‖ **401** fuerit P : -rint GEH ‖ **401–402** sit ... sit ... sit G^2 : sint ... sint ... sint PG^{1}EH ‖ **403** ascensus PGH : assensus E | civitatem PGH : virtutem E ‖ **404** autem PH : hoc GE ‖ **406** sibi PGH : nisi E ‖ **406–407** arbitrabuntur PGH : -bantur E ‖ **407** me^2 P^{2}GEH : a me P^1 ‖ **408** hospitium P^{2}GEH : -tum P^1 ‖ **410** tesseram *Mdv.*^{1} *436* : testesseram (testeseram P^1) PGE : testes proferam HJb : tesseram proferam *Cou.* ‖ **411** ac PG^{2}EH : a G^1 ‖ **412** ut *add.* b : ut *post* huic AJS *ed. R.* : *om.* PGEH *ed. V.* | crearetur ∗∗∗ *lac. statuit Ha.* ‖ **413** autem PG^{2}H : hoc G^{1}E : tum *ed. R., Cou. (lac. sublata)* | gaditani PGH : gau- E | consulta b^1 : conuita P^1 : convitia (-cia EH) P^{2}GEHAJSb^2 *edd. R. et V.; prob. Reid* ‖ **415** fit PG^2 : sit G^{1}EH ‖ **417** huius b^1 *Lb.*^{1} : ius PGEHAJSb^2 *ed. R.* : eius *ed. V.* | honore HASb^1 *ed. V.* : honorem PGEJb^2 *ed. R.* ‖ **418** indicium *Mdv.*^{1} *436* ‖ **419** multa [et poena] ⟨no⟩tavit *A. Kl.* : multa et poenatavit P^1 : multa et poena multavit P^{2}GEH : multa et poena notavit *Bai.* : multa et poena dignum putavit *Ha.*

vestrum iudicium civis amplissimos legavit testis huius iuris, vitae lau- 420
43 datores, periculi deprecatores? etenim quis est tam demens quin sentiat ius hoc Gaditanis esse retinendum, ne saeptum sit is iter ⟨in⟩ perpetuum ad hoc amplissimum praemium civitatis, et magnopere is esse laetandum huius L. Corneli benivolentiam erga suos remanere Gadibus, gratiam et facultatem commendandi in hac civitate versari? quis est enim nostrum 425
19 cui non illa civitas sit huius studio cura diligentia commendatior? omitto quantis ornamentis populum istum C. Caesar cum esset in Hispania praetor adfecerit, controversias sedarit, iura ipsorum permissu statuerit, inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit, summa in eam civitatem huius rogatu studia et beneficia contu- 430 lerit. multa praetereo quae cotidie labore huius et studio aut omnino aut certe facilius consequantur. itaque et adsunt principes civitatis, et defendunt amore ut suum civem, testimonio ut nostrum, officio ut ex nobilissimo civi sanctissimum hospitem, studio ut diligentissimum defensorem
44 commodorum suorum. ac ne ipsi Gaditani arbitrentur, quamquam nullo 435 incommodo adficiantur si liceat eorum cives virtutis causa in nostram civitatem venire, tamen hoc ipso inferius esse suum foedus quam ceterorum, consolabor et hos praesentis viros optimos et illam fidelissimam atque amicissimam nobis civitatem; simul et vos non ignorantis, iudices, admonebo, quo de iure hoc iudicium constitutum sit, de eo numquam 440 omnino esse dubitatum.

420 vestrum P^{2}GEH : -ram P^1 | civis PGE : cuius H | legavit testis P^{2}GEH : legautest is P^1 || **421** quis AJSb *edd. R. et V.* : qui PGEH | demens PGH : clemens E | quin b : qui PGEHAJS *edd. R. et V.* || **422** is P^1 : iis P^{2}GE : his H | ⟨in⟩ perpetuum *Gar.* : perpetuum PGEH *prob. Paul 4* : perpetuo *Asc.* || **423** is P^1 : iis P^{2}G : his EH | esse PGH : *om.* E || **424** suos PH : vos GE || **426** diligentia AJSb *ed. R.* : diligentior PGEH || **428** ⟨ut⟩ controversias *Rau 80* | permissu PH : permissa GE || **429** quandam *Man.*^{2} : quondam PGEH || **430** delerit PH : dederit GE | summa GEAJb *ed. R.* : summam PHS | rogatu PEH : -tus G || **431** cotidiano *Paul 3* | aut^1 P^{2}GEH : autaut P^1 || **432** facilius PGH : facibus E | principes civitatis *Ang.* : principes adsunt civitates PH : civitates GE || **433** amore GEH : et amore P | officio ut ex *Lb.*^{1} (officio ut *iam edd. inde ab ed. Ven. 1480*) : officium ex P^1 : officio ex P^{2}GE : offitio et HAJ || **435** gaditani PGH : *om.* E || **436** eorum *Man.*^{1} : horum PGEHAJSb *edd. R. et V.* | virtutis causa P^{2}GEH : virtutes causam P^1 || **438** consolabor et G^{2}H : -beret PG^1 : -bere E || **439** nobis PGJb^2 *ed. R.* : vobis E : *om.* HASb^1 *ed. V.* || **440** quo GEH : quod P | iure PG^{2}EH : re G^1 | constitutum est *Ha.* || **441** dubitatum PH : -tavit GE

Quos igitur prudentissumos interpretes foederum, quos peritissumos bellici iuris, quos diligentissimos in exquirendis condicionibus civitatum atque causis esse arbitramur? eos profecto qui iam imperia ac bella gesserunt. etenim si Q. Scaevola ille augur cum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus, consultores suos non numquam ad Furium et Cascellium praediatores reiciebat, si nos de aqua nostra Tusculana M. Tugionem potius quam C. Aquilium consulebamus, quod adsiduus usus uni rei deditus et ingenium et artem saepe vincit, quis dubitet de foederibus et de toto iure pacis et belli omnibus iuris peritissimis imperatores nostros anteferre? possumusne igitur tibi probare auctorem exempli atque facti illius quod a te reprenditur C. Marium? quaeris aliquem graviorem constantiorem praestantiorem virtute prudentia religione? is igitur Iguinatem M. Annium Appium, fortissimum virum * * * virtute praeditum, civitate donavit; ⟨idem cohortes duas universas Camertium civitate donavit⟩, cum Camertinum ⟨foedus omnium⟩ foederum sanctissimum atque aequissimum sciret esse. potest igitur, iudices, L. Cornelius condemnari, ut non C. Mari factum condemnetur? existat ergo ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam re non potest, ut conspiciatis eum mentibus,

(45 · 445 · 20 · 450 · 46 · 455 · 47)

442 quos[1] P[2]GEH : quod si P[1] ‖ **443** publici iuris *Paul 9. at iure belli (off. 3, 107) comprehendi omnia iura belli (Balb. 47, 494 sq.) recte observavit A. Kl.* ‖ **444** esse PGH : *om.* E | arbitramur PGH : -bamur E | qui iam P[2]GE JS[2]b[2] *ed. R.* : quiam P[1] : qui HAS[1]b[1] *ed. V. Pluy.*[3] *105* : qui ⟨multa⟩ iam *Mue.*[3] ‖ **445** augur PEH : argur G | de iure HASb *edd. R. et V.* : de iuri P : *om.* GEJ | praediatorio PGH : praediatores praediatori E ‖ **445–446** consuleretur P[2]GEH : -ritur P[1] ‖ **447** Cascellium *Val. Max. 8,12* : cascellum PGEH | praediatores PGH : *om.* E | aqua PG[2]H : aequa G[1] : equa E ‖ **448** aquilium PH : a quibus GE ‖ **449** et[1] PGH : *om.* E | artem GEH : arte P | vincit P[2]GEH : vicit P[1] ‖ **450** belli b[1] *edd. R. et V.* : iure PGEH : iure belli Jb[2] ‖ **452** illius P[2]GEH : illus P[1] | a te PEH : a*te G | ⟨an⟩ quaeris *Pluy.*[3] *105* ‖ **453** praestantiorem PHASb *ed. V.* : praesentiorem GEJ | religione is *Ha.* : religionis PGEHAJS *edd. R. et V.* ‖ **453–454** Iguinatem *R. Kl.* : Iguvinatem *Ha.* : equitate (ae- GH) PGEHJSb *edd. R. et V.* ‖ **454** appium P : apium GEH | fortissimum P[2]GEH : -mus P[1] | *lac. statuit A. Kl.* | virtute PEH : *om.* G ‖ **455–456** idem ... donavit *add. Mdv.*[1] *436* ‖ **456** foedus omnium *add. Mue.*[3] | foederum PG[1]EH *ed. V.* : foedus G[2]JSb *ed. R.* | sanctissimum P[2]GEAJSb *edd. R. et V.* : -mus P[1] : scientissimum H ‖ **458–459** cogitatione vestra PGH : -nem -ram E ‖ **459** quoniam ... mentibus P[2]GEH : *bis* P[1] | re non PH : non re GE

quem iam oculis non potestis; dicat se non imperitum foederis, non rudem exemplorum, non ignarum belli fuisse; se P. Africani discipulum ac militem, se stipendiis, se legationibus bellicis eruditum, se, si tanta bella egisset quanta [gessit] confecit, si tot consulibus meruisset quotiens ipse consul fuit, omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisse; sibi non fuisse dubium quin nullo foedere a re publica bene gerenda impediretur; a se ex coniunctissima atque amicissima civitate fortissimum quemque esse delectum; neque Iguinatium neque Camertium foedere esse exceptum quo minus eorum civibus a populo Romano praemia virtutis tribuerentur. **21** 48 itaque cum paucis annis post hanc civitatis donationem acerruma de civitate quaestio Licinia et Mucia lege venisset, num quis eorum qui de foederatis civitatibus esset civitate donatus in iudicium est vocatus? nam Spoletinus T. Matrinius, unus ex iis quos C. Marius civitate donasset, dixit causam ex colonia Latina in primis firma et inlustri. quem cum disertus homo L. Antistius accusaret, ⟨non⟩ [Spoletinus] dixit fundum Spoletinum populum non esse factum – videbat enim populos de suo iure, non de nostro fundos fieri solere –, sed cum lege Apuleia coloniae non essent deductae, qua lege Saturninus C. Mario tulerat ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, negabat hoc beneficium re ipsa sublata valere debere. 49 nihil habet similitudinis ista accusatio; sed tamen tanta auctoritas in

460 quem iam *Ha.* : quem EJ *ed. R.* : quoniam PGHASb *ed. V.* | non PH : non aeque GE, *quod fortasse ex* non denique *ortum esse susp. A. Kl.* || **461** belli GEH : belli** P : bellici iuris *Ha.* | se PGEJb[2] *ed. R.* : *om.* HASb[1] *ed. V.* || **462** se[3] PGH : sed E : *del. Mue.*[3] || **463** egisset PGEH *cf. TLL II 1834,41* : attigisset *Mue.*[3] : gessisset *Ha.* | gessit PGE : gessit *del. A. Kl.* : bella gessit H || **464** fuit *Abramus* : fuisset PGEH | omnia PG[2]H : omni G[1]E | perdiscere GEH : perdicere P | potuisse* P || **465** nullo *Ang.* : nonnullo PGEH | re publica H : res p. GE : ·r·p· (·r· *in ras.*) P | gerenda PGE : regenda H || **467** iguinatium P[1]GE : ignatium P[2]H || **469** acerruma PGH : si acerrima E || **470** venisset PGEH : evenisset *Luterbacher 229* : extitisset *Mue.*[3] : obvenisset *Pet.*[2] || **471** est PGEAJSb *ed. R.* : *om.* H *ed. V.* | spoletinus G[2]H : poletinus PG[1]E || **472** iis P : his GEH | dixit P[2]GEH : et dixit P[1] || **473** colonia PGH : -niam E | ·L· PGEH : P. *Abramus coll. Brut. 182. 226* || **474** non *add. Pant.* | spoletinus *del. Lallemand* || **476** lege PGH : -gem E || **477** ⟨de⟩ C. Mario *coni. Mue.*[3] || **478** posset PH : potuisset GE | negabat PGEJS *edd. R. et V.* : -bant HAb || **479** nihil P[2]GEH : ni P[1] | similitudinis PGH : -nem E

480 C. Mario fuit ut non per L. Crassum, adfinem suum, hominem incredibili eloquentia, sed paucis ipse verbis causam illam gravitate sua defenderit et probarit. quis enim esset, iudices, qui imperatoribus nostris in bello, in acie, in exercitu delectum virtutis, qui sociis, qui foederatis in defendenda re publica nostra spem praemiorum eripi vellet? quod si vultus C.
485 Mari, si vox, si ille imperatorius ardor oculorum, si recentes triumphi, si praesens valuit aspectus, valeat auctoritas, valeant res gestae, valeat memoria, valeat fortissimi et clarissimi viri nomen aeternum. sit hoc discrimen inter gratiosos civis atque fortis, ut illi vivi fruantur opibus suis, horum etiam mortuorum, si quisquam huius imperi defensor mori potest,
490 vivat auctoritas inmortalis. **22** 50 quid? Cn. Pompeius pater rebus Italico bello maximis gestis P. Caesium, equitem Romanum, virum bonum, qui vivit, Ravennatem foederato ex populo nonne civitate donavit? quid? cohortis duas universas Camertium ⟨C. Marius⟩? quid? Heracliensem Alexam P. Crassus, vir amplissimus, ex ea civitate quacum prope singulare foedus
495 Pyrrhi temporibus C. Fabricio consule ictum putatur? quid? Massiliensem Aristonem ⟨L.⟩ Sulla? quid? quoniam de Gaditanis agimus, idem

481 defenderit PGEAJSb^2 *ed. R.* : -ret Hb^1 *ed. V.* || **482** quis ... iudices GEH : *bis* P | enim PGH : autem E || **483** delectum P^{2}E : delectu G : delictum P^{1}H : dilectum *Reid, Mue.*^{3} || **484** nostra PGH : -ram E | quod si P^{2}GEH : quo si P^1 | C. *om.* H | **485** si vox PGH : vox E | ille PH : *om.* GE *cf. Paneg. VII 9,5 p. 227,23 Baehr. filius* hic imperatorius ardor oculorum | imperatorius PGH : -rum E || **486** valuit PG^2*mg.*EH : *om.* G^1 | valeat^1 PGH : -ant E || **487** et clarissimi PH : *om.* GE | viri *in ras.* P || **488** gratiosos PGEH : otiosos *Lehmann 217; at cf. A. Kl.* || **489** si PGH : ut si E || **490** auctoritas PG^{2}EAJSb^2 *edd. R. et V.* : *om.* G^{1}Hb^1 | inmortalis P^{2}GEH : immor P^1 || **491** equitem (ae- P) PGH : aequitatem E | vivit P *ed. V.* : vivum GEH || **492** ravennatem PGEAJSb^2 *ed. R.* : -te Hb^1 *ed. V.* | civitate P^{2}GEH : -tem P^1 || **492–497** quid ... gaditanos PGEAJSb *ed. R.* : *om.* H *ed. V.* || **492–493** quid ... Camertium *del. Gar., sed cf. 51, 503* || **493** universas PGEASb^2 : *om.* Jb^1 *ed. R.* | camertium PAJSb *ed. R.* : cameratium GE | C. Marius *add. C. C. L. Lange apud Lattmann, p. 20 adn. 19* | quid Heracliensem Alexam *Lb.*^{2} : quid heraclesimalexam P : quid erade sema lexat G : quid eracle se malęx at *(sic)* E || **495** pyrrhi PAS *ed. R.* : pirrhi EJ : pirrinis (*ex* perrihi G^2) G | temporibus P^{2}GEAJb *ed. R.* : temporebus P^1 | ·C· P : ·G· GE | ictum P^{2}GEJSb *ed. R.* : ictus P^1 || **495–496** massiliensem PEAJb *ed. R.* : masiliensen G || **496** aristonem PGJSb *ed. R.* : aristotilem E | L. *add. Bai. coll. 51, 504* | sylla G^2 | quid quoniam de P : quid quod e G : quicquid e E

†erosnovem Gaditanos? quid? vir sanctissimus et summa religione ac modestia, Q. Metellus Pius, Q. Fabium Saguntinum? quid? hic qui adest, a quo haec quae ego nunc percurro suptilissime sunt omnia perpolita, M. Crassus, non Aveniensem foederatum civitate donavit, homo cum gravi- 500
tate et prudentia praestans, tum vel nimium parcus in largienda civitate?

51 hic tu Cn. Pompei beneficium vel potius iudicium et factum infirmare conaris, qui fecit quod C. Marium fecisse audierat, fecit quod P. Crassum, quod L. Sullam, quod Q. Metellum, ⟨quod M. Crassum,⟩ quod denique domesticum auctorem patrem suum facere viderat? neque vero id in uno 505
Cornelio fecit. nam et Gaditanum Asdrubalem ex bello illo Africano et Mamertinos Ovios et quosdam Uticenses et Saguntinos [Fabios] civitate ⟨donavit⟩. etenim cum ceteris praemiis digni sunt, qui suo labore et periculo nostram rem publicam defendunt, tum certe dignissimi sunt qui civitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt. atque utinam qui 510
ubique sunt propugnatores huius imperi possent in hanc civitatem venire et contra oppugnatores rei publicae de civitate exterminari! neque enim ille summus poeta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam voluit esse: ‘hostem qui feriet, erit’ inquit ‘mi Carthaginiensis, quisquis erit; cuiatis siet’, id habent hodie leve et semper 515
habuerunt. itaque et civis undique fortis viros adsciverunt et hominum ignobilium virtutem persaepe nobilitatis inertiae praetulerunt.

497 †eros novem gaditanos P^1 : heros novem g. P^2GE : Hannonem Gaditanum *Gar.* : Erosium Gaditanum *Ha.* : homines novem Gaditanos *Wrampelmeyer, p. 36 adn.* (viros n. G. *iam Syl.*) : servos novem Gaditanos *Reid, prob. Gardner* || **498** Q· G E H : q*** P | Pius Q. Fabium *ed. Bon.* (Pius Q. Fabius *iam ed. R.*) : piusque (*ex* -quae P^2) fabius (*ex* -u P^2) PGEH | saguntinum H *ed. R.* : aguntinum P : agunt· Num GE | adest *Ang.* : abest PGEH | a P^2GH : *om.* P^1E || **499** percurro* P | suptilissime P^2H : suppilissime P^1 : subtilissime GE | omnia (m *in ras.*) P | perpolita PGH : perpolata E || **500** Aveniensem *ed. V., Reid* : avennensem PGE : avenniensem H : Aletrinensem *Syl.* || **501** prudentia P^2GEH : pudentia P^1 || **504** ·L· sullam P : *fere* ·L· syllam GEH | ⟨quod M. Crassum⟩ *add. Syl.* || **505** domesticum PGH : modesticum E | id *hic* PGE : *post 506* cornelio HAJSb *edd. R. et V.* || **506** Gaditanum *ed. Bon.* : gadita P^1 : gaditanos P^2GEH^2AJSb *edd. R. et V.* || **507** Ovios *Buchanan apud Lb.*[1] : obvios PGEH | uticenses PGH : -sos E | fabios *del. Gar.* || **508** donavit HAJSb *edd. R. et V.* : *om.* PGE || **509** tum P^2GEH : tam P^1 || **510** tela P^2GEH : -las P^1 || **512** oppugnatores P^2GEH : pugnatores P^1 | enim PGE : *om.* H || **513** ille summus PGH : illo sumus E | illam PGE : illa H || **514** mi *Mue.*[3] : mihi PGEH || **515** cuiatis siet PH : civitatis siet GE | hodie *Ha.* : hoc PGEH | **516** itaque P^2GEH : idquae P^1 | civis PGE : civis fortissimos H || **517** inertiae P^2GEH : inertia P^1

23 52 Habetis imperatorum summorum et sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum, interpretationem iuris ac foederum. dabo etiam 520 iudicum qui huic quaestioni praefuerunt, dabo universi populi Romani, dabo sanctissimum et sapientissimum iudicium etiam senatus. iudices cum prae se ferrent palamque loquerentur, quid essent lege Papia de M. Cassio Mamertinis repetentibus iudicaturi, Mamertini publice suscepta causa destiterunt. multi in civitatem recepti ex liberis foederatisque po-525 pulis [liberati sunt]: nemo umquam est de civitate accusatus, quod aut populus fundus factus non esset, aut quod foedere civitatis mutandae ius impediretur. audebo etiam hoc contendere, numquam esse condemnatum quem constaret ab imperatore nostro civitate donatum.

53 Cognoscite nunc populi Romani iudicium multis rebus interpositum 530 atque in maximis causis re ipsa atque usu comprobatum. cum Latinis omnibus foedus esse ictum Sp. Cassio Postumo Cominio consulibus quis ignorat? quod quidem nuper in columna ahenea meminimus post rostra incisum et perscriptum fuisse. quo modo igitur L. Cossinius Tiburs, pater huius equitis Romani, optimi atque ornatissimi viri, damnato T. Coelio, 535 quo modo ex eadem civitate T. Coponius, civis item summa virtute et dignitate, – nepotes T. et C. Coponios nostis – damnato C. Masone civis Romanus est factus? 54 an lingua et ingenio patefieri aditus ad civitatem potuit, manu et virtute non potuit? anne de nobis trahere spolia foederatis

518 habetis P[2]GEH : habitis P[1] | imperatorum PG[2]H : imperatorem G[1]E || **518–519** hominum clarissimorum PGEAJS *ed. R.* : *om.* Hb *ed. V.* || **519** foederum P[2]GEH : foerum P[1] || **520** iudicum PGH : iudicium E || **521** et sapientissimum iudicium etiam PGE : etiam iudicium HAJSb *edd. R. et V.* || **522** prae se ferrent b[1] : se praeferrent P[1]GE : saepe praeferrent P[2] : sepe ferrent HAJSb[2] *edd. R. et V.* | quid essent PGH : qui de essent E || **523** cassio PGE : crasso HAJSb *edd. R. et V.* | iudicaturi GEAJ *edd. R. et V.* : iudicatur PH | -i publice s- GEH : *in ras.* P || **524** civitatem Sb : -te PGEHAJ *edd. R. et V.* | recepti P[2]GEH : repeti P[1] || **525** liberati sunt *om.* HAJSb *ed. R.* : *hab.* PGE || **526** fundus PH : *om.* GE | non PH : *om.* GE | mutandae ius PG[2]H : mutanda eius G[1] : mutanda ei E || **528** constaret PGH : -rent E || **531** esse ictum (ictum *iam* AJSb *ed. R.*) *Mdv.*[1] *442* : esset cum PGH *ed. V.* : esse cum E || **532** ahenea P[1] : aenea P[2]H : athenea GE || **533** cossinius PG : cosminius AJSb[2] *ed. R.* : consul sinius E : eos minius H | Tiburs *Syl.* : tibur PGEH | **534** equitis PGH : -tes E | optimi atque P[2]GEH : optiaquae P[1] | ·T· PGE : *om.* H | **535** eadem P[2]GEH : eodem P[1] || **535–536** item ... civis PGEA : *om.* Hb || **536** Coponios *Ang.* : coponius PGE | masone P : massone GE || **537** factus PGE : factus nostis H || **538** anne PGEH : an *Ang.*

licebat, de hostibus non licebat? an quod adipisci poterant dicendo, id eis pugnando adsequi non licebat? an accusatori maiores nostri maiora 540
24 praemia quam bellatori esse voluerunt? quod si acerbissima lege Servilia principes viri, gravissimi et sapientissimi cives hanc Latinis, id est foederatis, viam ad civitatem populi iussu patere passi sunt, neque ius est hoc reprehensum Licinia et Mucia lege, cum praesertim genus ipsum accusationis et nomen ⟨et⟩ eius modi praemium quod nemo adsequi posset nisi 545
ex senatoris calamitate neque senatori neque bono cuiquam nimis iucundum esse posset, dubitandum fuit quin quo in genere iudicum praemia rata essent, in eodem iudicia imperatorum valerent? num fundos igitur factos populos Latinos arbitramur aut Serviliae legi, aut ceteris quibus Latinis hominibus erat propositum aliqua ex re praemium civitatis? 550

55 Cognoscite nunc iudicium senatus, quod semper iudicio est populi comprobatum. sacra Cereris, iudices, summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt. quae cum essent adsumpta de Graecia, et per Graecas curata sunt semper sacerdotes et Graece omnia nominata. sed cum illam quae Graecum illud sacrum monstraret et faceret ex Grae- 555
cia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos

539 hostibus *ubi* ibus *in ras.* P ‖ **540** pugnando adsequi PGE : assequi pugnando H | accusatori P²GH : -re P¹ : -res E ‖ **541** bellatori PH : -rum GE ‖ **542** gravissimi GE : agravissimi P¹ : ac g. P²HA : et g. *Ha.* | et sapientissimi P²GEH : *om.* P¹ ‖ **543** ad PH : ac GE | ius *Mdv.*¹ *443* : his PGEH : *'an praestet* his *delere?' A. Kl.* ‖ **544** genus PG : hoc genus E : in genus HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **545** et *add. Ern.* | praemi*um P | posset *Ern.* : possit PGEH ‖ **546** senatori Jb *ed. R.* : -re PGEHAS ‖ **548** iudicia PG²EH : iustitia G¹ | imperatorum P²GH : -tor P¹ : -torem E ‖ **549** populos GEH : *bis* P (*posterius a* P² *deletum*) | Serviliae legi *Henr. Valesius* : servilia lege PGEH ‖ **551** iudicio est PGE : est iudicio HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **552** sacra cereris P²G²H : sacra ceteris E : sacraceris P¹ : sacrareris G¹ ‖ **553** confici cerimoniaque (ce- *in ras.* P²) PH : conficere moniaque (meniaque E) G¹E : conficere sanctimoniaque G² | de *in ras.* P ‖ **554** et per graecas PGH : *om.* E | curata (scurata E) sunt semper PGE : semper curata sunt HAJSb *edd. R. et V.* | graece omnia b¹ : graeca omnia PGEHb² : Graeca omnino *Mue.*³ ‖ **555** monstraret PGH : -rent E | ex G²H : et PG¹E ‖ **556** deligerent P²G² *edd. R. et V.* : di- P¹G¹EHAJSb | pro civibus civem PH : *in ras.* G : pro vicibus civem *(sic)* E | deos P²GEH : delios P¹

inmortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. has sacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse, foederatarum sine dubio civitatum. mitto vetera: proxime dico ante civitatem
560 Veliensibus datam de senatus sententia C. Valerium Flaccum, praetorem urbis, nominatim ad populum de Calliphana Veliense ut ea civis Romana esset tulisse. num igitur aut fundos factos Velienses, aut sacerdotem illam civem Romanam factam non esse, aut foedus et a senatu et a populo Romano violatum arbitrabamur?

25 56

565 Intellego, iudices, in causa aperta minimeque dubia multo et plura et a pluribus peritissimis esse dicta quam res postularet. sed id factum est non ut vobis rem tam perspicuam dicendo probaremus, verum ut omnium malivolorum iniquorum invidiosorum animos frangeremus. quos ut accusator incenderet, ut aliqui sermones hominum alienis bonis maerentium
570 etiam ad vestras aures permanarent et in iudicio ipso redundarent, idcirco illa in omni parte orationis summa arte aspergi videbatis; tum pecuniam L. Corneli quae neque invidiosa est, et quantacumque est, eius modi est ut conservata magis quam correpta esse videatur; tum luxuriam, quae non crimine aliquo libidinis, sed communi maledicto notabatur; tum Tuscula-

557 mente P²GEH : -tem P¹ ‖ **558** fere PGH : fore E | neapolitanas GEH : -nis P | velienses G²AJS *edd. R. et V.* : vellienses H : vellenses PG¹E | fuisse PGH : *om.* E ‖ **558–559** foederatarum PGH : -torum E ‖ **559** civitatum P²GEH : -tem P¹ | proxime PG¹EH : -ma G² ‖ **560** veliensibus G² : velliensibus PG¹H : vellensibus E | sententia H : -tiam P : -tia ·M· GE ‖ **561** urbis G¹EH : uerbis G² : urbi P *'locativus fort. servandus est' A. Kl.* | Calliphana *ed. Med.* : callipphiana PH : calipphiana G¹E : caliphiana G² | veliense AJSb *edd. R. et V.* : vellense P¹ : velliense P²GEH ‖ **562** velienses AJS *edd. R. et V.* : vellienses PGEH ‖ **563** factam PG²EH : -tum G¹ | esse aut PGH : esset ut E ‖ **564** arbitrabamur P¹G¹EJb² *ed. R. consulendus A. Kl.* : -trabimur P²G²HS *prob. Cou.* : -tramur Vb¹ ‖ **565** minimeque P²G²EH : minimagne G¹ | dubia PH : *om.* GE | multo PGH : -ta E ‖ **568** iniquorum P²GEH : inquorum P¹ | invidiosorum PH *cf. A. Kl.* : invidorum GE ‖ **569** aliqui PGH : aliquis E ‖ **570** etiam P²GEH : *om.* P¹ | vestras aures PGH : aures vestras E | permanarent P²GH : -nerent P¹E | in PH : *om.* GE ‖ **571** orationis P²GEH : -ni P¹ | summa *Lb.*² : sua PGH : suae E | pecuniam HAJS *edd. R. et V.* : pecunia PGEb ‖ **572** quantacumque G²H : quantacum PG¹E ‖ **573** correpta P : corrupta GEH | luxuriam P²GEH : luxoriam P¹ | quae PGH : quam E ‖ **574** libidinis PGH : criminis E | notabatur PGH : nata- E

num, quod Q. Metelli fuisse meminerat et L. Crassi, Crassum emisse de 575
libertino homine, Soterico Marcio, ad Metellum pervenisse de Vennoni
Vindici bonis non tenebat. simul illud nesciebat, praediorum nullam esse
gentem, emptionibus ea solere saepe alienos homines, saepe ad infimos,
57 non legibus tamquam tutelas pervenire. obiectum est etiam quod in tribum Clustuminam pervenerit; quod hic adsecutus est legis de ambitu 580
praemio minus invidioso quam qui legum praemiis praetoriam sententiam et praetextam togam consecuntur. et adoptatio Theophani agitata est,
per quam Cornelius nihil est praeterquam propinquorum suorum hereditates adsecutus.

26 Quanquam istorum animos qui ipsi Cornelio invident non est difficillimum mitigare; more hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis [idcirco] vellicant, non illo inimico, sed hoc malo dente carpunt. 585
58 qui amicis L. Corneli aut inimici sunt aut invident, hi sunt huic multo
vehementius pertimescendi. nam huic quidem ipsi quis est umquam inventus inimicus aut quis iure esse potuit? quem bonum non coluit, cuius 590
fortunae dignitatique non cessit? versatus in intima familiaritate hominis
potentissimi in maximis nostris malis atque discordiis neminem unquam
alterius rationis ac partis non re, non verbo, non vultu denique offendit.
fuit hoc sive meum sive rei publicae fatum, ut in me unum omnis illa
59 inclinatio communium temporum incumberet. non modo non exultavit 595

575–577 crassum ... tenebat PGE : *om.* H ‖ **576** soterico P : soceri GE ‖ **576–577** de Venonii (Venn- *Bai.*) Vindicii *Naug.*[2] : debent noni indici P : debent non indici GE ‖ **578** saepe alienos homines P : saepe ad alienos homines GE : *om.* HAJb *ed. R.* | infimos PGH : infirmos E ‖ **580** pervenit *Mdv.*[1] *414* | legis PH : leges GE ‖ **581** invidioso PGEH : invidiose *Paul 2* | pretoriam P[2]GEH : *uetorium *(aegre liquet)* P[1] : senatoriam *Ha.* ‖ **582** adoptatio P : adoptio GEH ‖ **585** invident PGH : -denti E ‖ **586** conviviis PG[2]H : conviis G[1]E ‖ **587** idcirco (in circo G[2]) *del. Ang.* | malo dente *cod. Guelf. Helmst. 304, prob. Wrampelmeyer 36 n.* : male dente PGHb[1] : male dentes E : maledicente AJSb[2] *edd. R. et V.* : maledico dente *Ang.* : maligno dente *Mdv.*[1] *444 adn. 2* ‖ **588** amicis *Naug.*[1] : -ci PGH : amro E | corneli PGH : -lia E | inimici PH : amici GE | hi PGEH : ii *Bai.* ‖ **589** quis PGJ *ed. R.* : qui HAS *ed. V.* : quisque E ‖ **591** cessit GEH : concessit P | intima PH : infima GE ‖ **592** nostris malis PH : malis nostris GE ‖ **593** non re PGH : nostrae E ‖ **594** sive[1] P[2]GEH : *om.* P[1] | fatum G[2]AS *ed. R.* : factum PG[1]EHJ *ed. V.* | omnis GEH : hominis P ‖ **595** incumberet PG[2]H : -bere G[1]E | non[2] PEHAb[1] *ed. V.* : *om.* GJSb[2] *ed. R.*

in ruinis nostris vestrisque sordibus Cornelius, sed omni officio – lacrumis, opera, consolatione – omnis me absente meos sublevavit. quorum ego testimonio ac precibus munus hoc meritum huic et, ut principio dixi, iustam et debitam gratiam refero, speroque, iudices, ut eos qui principes
600 fuerunt conservandae salutis aut dignitatis meae diligitis et caros habetis, sic quae ab hoc pro facultate hominis, pro loco facta sunt, et grata esse vobis et probata. non igitur a suis, quos nullos habet, sed a suorum qui et multi et potentes sunt urguetur inimicis: quos quidem hesterno die Cn. Pompeius copiosa oratione et gravi secum, si vellent, contendere iubebat,
605 ab hoc impari certamine atque iniusta contentione avocabat. et erit aequa **27** 60 lex et nobis, iudices, atque omnibus qui nostris familiaritatibus inplicantur vehementer utilis, ut nostras inimicitias ipsi inter nos geramus, amicis nostrorum inimicorum temperemus. ac si mea auctoritas satis apud illos in hac re ponderis haberet, cum me praesertim rerum varietate atque usu
610 ipso iam perdoctum viderent, etiam ab illis eos maioribus discordiis avocarem. etenim contendere de re publica, cum id defendas quod esse optimum sentias, et fortium virorum et magnorum hominum semper putavi, neque huic umquam labori officio muneri defui. sed contentio tam diu sapiens est quam diu aut proficit aliquid aut, si non proficit, non obest ci-
615 vitati. voluimus quaedam, contendimus, experti sumus: optenta non sunt. 61 dolorem alii, nos luctum maeroremque suscepimus. cur ea quae mutare

596 nostris vestrisque *(hoc iam edd.)* sordibus *Paul 2* : vestris nostrisque discordiis PGEH : nostris lacrimisque vel nostris vestrisque lacrimis *Mdv.*[1] *446* : nostris vestrisque discordiis *A. Kl.* ‖ **598** et ut *A. Kl.* : ut et PG : et E : et ut a HAJSb *ed. R.* | dixi P[2]GEH : dixit P[1] ‖ **600** diligitis GEH : -gentis P ‖ **601** sic quae P[2]GEH : sique P[1] | hoc pro PH : hoc G : hac E | facultate hominis *Mue.*[3] : f. huius PGEHb *prob. Cou.* : facultatibus *Paul 2* : facultate et *A. Kl.* ‖ **602** nullos GEH : nullus P ‖ **603** urguetur P[1] : urgetur P[2]GEH *prob. Cou.* | quidem GEH : quidam P | hesterno PEH : ∗∗hesterno G ‖ **604** pompeius PH : pompei GE | gravi P[2]GEH : -vis P[1] ‖ **605** impari GE : imperi P[1] : imperito P[2]HAJSb *edd. R. et V.* | avocabat GEH : vocabat P | erit *Mue.*[1] *631* : erat PGEH ‖ **606** nobis *Man.*[1] : vobis PGEH ‖ **608** nostrorum PGEH[2] : nostro H[1] ‖ **609** usu PG[2]H : usui G[1]E ‖ **610** iam PGH : eam E ‖ **611** etenim contendere *Abramus* : id enim contenderem PGE : id enim contendere mihi H ‖ **612** putavi P[2]GEH : po- P[1] ‖ **613** defui sed GH : defui set P[2]E : defuisset P[1] ‖ **614** proficit ... proficit P[2]GEH : -citur ... -citur P[1] ‖ **615** voluimus P : volumus GEHAJSb *edd. R. et V.* ‖ **616** alii nos P : alit nos G : aut nos E : in alienos HAJSb *edd. R. et V.* | meroremque P[2]GEH : memoremque P[1]

non possumus convellere malumus quam tueri? C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit et numero dierum novo. idem in angustiis aerari victorem exercitum stipendio adfecit, imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit. harum ego 620 sententiarum et princeps et auctor fui, neque me dissensioni meae pristinae putavi potius adsentiri quam praesentibus rei publicae temporibus et concordiae convenire. non idem aliis videtur, sunt fortasse in sententia firmiores. reprendo neminem, sed adsentior non omnibus; neque esse inconstantis puto sententiam tamquam aliquod navigium atque cursum ex 625 62 rei publicae tempestate moderari. sed si qui sunt quibus infinitum sit odium in quos semel susceptum sit, quos video esse non nullos, cum ducibus ipsis, non cum comitatu adsectatoribusque confligant. illam enim fortasse pertinaciam non nulli, virtutem alii putabunt, hanc vero iniquitatem omnes cum aliqua crudelitate coniunctam. sed si certorum hominum 630 mentes nulla ratione, iudices, placare possumus, vestros quidem animos certe confidimus non oratione nostra, sed humanitate vestra esse placatos.

28 63 Quid enim est cur non potius ad summam laudem huic quam ad minimam fraudem Caesaris familiaritas valere debeat? cognovit adulescens; 635 placuit homini prudentissimo; in summa amicorum copia cum familiarissimis eius est adaequatus. in praetura, in consulatu praefectum fabrum detulit; consilium hominis probavit, fidem est conplexus, officia observantiamque dilexit. fuit hic multorum illi laborum socius aliquando; est

617 convellere PGH : -rem E ‖ **618** supplicationum P[2]GEH : -licatium P[1] | amplissimo ornavit PH : *om.* GE | novo *Man.*[1] : novem PHb : VIIII GE : *del. Ha.* ‖ **620** censuit PGH : cessavit E | ego P[2]GEH : eto P[1] ‖ **621** me P[2]GEH : meae P[1] ‖ **623** aliis P[2]GEH : alis P[1] | sunt PEH : sed G ‖ **624** firmiores PGH : ferio E ‖ **625** sententiam G[2] : in sententiam PG[1]E : in sententiam aliquam H | atque PGE : *om.* H ‖ **627** quos[1] *Lb.*[1] : quo PGEH ‖ susceptum b[1] *ed. V.* : suspectum PGEHb[2] *ed. R.* | sit PGEH : est *Bai.* | nonnullus P[1] ‖ **628** cum P[2]G[2]EH : com P[1]G[1] | comitatu PGH : comminatum E | adsectatoribusque b[1] : adspectatoribusque (-quae P) PGEHb[2] | confligant JSb *ed. R.* : confligunt (confligt̄ *scr.* H) PGEH ‖ **629** putabunt PG[2]EH : -bant G[1] ‖ **630** coniunctam PG[2]EH : -tum G[1] ‖ **631** placare P[2]GEH : -cere P[1] ‖ **634–635** minimam P[2]GEH : miniam inimam P[1] ‖ **635** debeat P[2]GEH : debebat P[1] ‖ **637** eius PGH : et E | adaequatus P[2]GEH : -quitatus P[1] | praefecturam *Pant.; prob. Mdv.*[1] *445* | fabrum PGH : *om.* E ‖ **638** est PGH : *om.* E ‖ **638–639** observantiam E

640 fortasse nunc non nullorum particeps commodorum. quae quidem si huic offuerint apud vos, non intellego quod bonum cuiquam sit apud talis viros profuturum. sed quoniam C. Caesar abest longissime atque in iis est nunc 64 locis quae regione orbem terrarum, rebus illius gestis imperium populi Romani definiunt, nolite, per deos inmortales, iudices, hunc illi acerbum
645 nuntium velle perferri, ut suum praefectum fabrum, ut hominem sibi carissimum et familiarissimum non ob ipsius aliquod delictum, sed suam familiaritatem vestris oppressum sententiis audiat. miseremini eius qui non de suo peccato, sed huius summi et clarissimi viri facto, non de aliquo crimine, sed periculo suo de publico iure disceptat. quod ius si Cn.
650 Pompeius ignoravit, si M. Crassus, si Q. Metellus, si Cn. Pompeius pater, si L. Sulla, si P. Crassus, si C. Marius, si senatus, si populus Romanus, si qui de re simili iudicarunt, si foederati populi, si socii, si illi antiqui Latini, videte ne utilius vobis et honestius sit illis ducibus errare quam hoc magistro erudiri. sed si de certo, de perspicuo, de utili, de probato, de
655 iudicato vobis iure esse constituendum videtis, nolite committere ut in re tam inveterata quicquam novi sentiatis. simul et illa, iudices, omnia ante 65 oculos vestros proponite. primum esse omnes etiam post mortem reos clarissimos illos viros qui foederatos civitate donarunt, deinde senatum qui * * * se hoc iudicavit, populum qui iussit, iudices qui adprobarunt.
660 tum etiam illud cogitate, sic vivere ac vixisse Cornelium, ut cum omnium peccatorum quaestiones sint, non de vitiorum suorum poena, sed de virtutis praemio in iudicium vocetur. accedat etiam illud ut statuatis hoc iudicio utrum posthac amicitias clarorum virorum calamitati hominibus an

640 non nullorum PEH : nullorum G ‖ **642** iis PGH : his E ‖ **643** regione *Man.*[1] : regiones PGEH ‖ **645** perferri PGE : def- HAJSb *edd. R. et V.* ‖ **646** et familiarissimum GEH : *om.* P | ob P[2]GEH : nobis P[1] | sed P : sed ob GEH ‖ **649** sed PGEH : sed de *Man.*[1] | si PGH : sic E ‖ **651** L. Sulla (*scr.* l. siilla) H : L. sylla P : sylla GE | P. Crassus *Mdv.*[1] *446* : ·D· crassus PGEH | si PR̄. GEAS *ed. R.* : sive populus romanus PHJ ‖ **652** si socii PG[2]EH : *om.* G[1] | illi PGH : illa E ‖ **653** ne P[2]GH : ne ut P[1] : *om.* E ‖ **656** novi P[2]GEH : nivi P[1] ‖ **659** qui *** se PG[1]E : qui G[2] *prob. Cou.* : per se H : qui saepe *R. Kl.* : qui licuisse *Mdv.*[1] *446 adn. 1* : *'an* ⟨ratum es⟩se*?' A. Kl.* | populum qui PG[2]H : populumque G[1]E ‖ **660** cogitate Pb[1] : cogitatote GEHAJSb[2] *edd. R. et V.*

ornamento esse malitis. postremo illud, iudices, fixum in animis vestris tenetote, vos in hac causa non de maleficio L. Corneli, sed de beneficio 665 Cn. Pompei iudicaturos.

664 iudices fixum PH : fixum iudices GE ‖ **665** vos PGEJS *ed. R.* : nos H | corneli P^2G^1 : -lii G^2EH : -lio P^1 ‖ **666** iudicaturos P^2GEH : -turis P^1

Subscr. ·M· TVLLII CICERONIS PRO ·L· CORNELIO BALBO EXPLICIT P : EXPLICIT PRO CORNELIO G : EXPL(icit) DE L. CORNELII H : *om.* EAJSb *edd. R. et V.*

APPENDIX ORTHOGRAPHICA

DE PROVINCIIS CONSVLARIBVS

7 adfitior P : aff- GEH ‖ **8** syriam PEH : siriam G ‖ **11–12** benevolentia P^1 : beni- P^2GEH ‖ **15** inportunam PG : im- EH ‖ **26** praemiis P^2GEH : praemis P^1 ‖ **29** optinent PEH : ob- G | condemnarint PE : condempnarint GH ‖ **32** omnis PG : omnes EH | crudelissimeque P^2 : -quae P^1 ‖ **36** tropaeis P : tropheis GEH ‖ **37** thessalonicenses GEH : tessa- P ‖ **38** imperii PGEH ‖ **39** hellespontum PE : hele- G : helli- H ‖ **43** empta P^2GEH : emta P^1 ‖ **54** quotannis P^2GEH : quodannis P^1 ‖ **55** dyrrachinorum PGH : dir- E ‖ **56** byzantiorum P : bizan- GEH ‖ **58** cohortis PH^1 : -es EH^2 ‖ **62** extat PGEH ‖ **63** imperii PGEH ‖ **66** byzantiorum PG : bi- EH ‖ **67** bellisque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **68** mithridaticos PGH : mitri- E ‖ **74** vergilius GH : virgilius PE ‖ **75** byzantii PG : bi- EH ‖ **77** simulacrum PH : -chrum GE ‖ **82** civis PH : -es GE ‖ **89** summittetis GEH : summitetis P ‖ **92** semiramis GH : sameramis PE ‖ **94** tamquam PGE : tan- H ‖ **97** turannis P : tyr- GEH | decisiones GE : decissiones PH ‖ **106** publicanum GEH : puplicanum P^2 : pluplicanum P^1 | publicani P^2GH : plublicani P^1 ‖ **107** hostis] ostis P^1 ‖ **111** gabinii PGE *om.* H | adflictos P : aff- GEH ‖ **112** aerarii PGEH ‖ **117** patrimonii (-i *in ras.* G) PGEH ‖ **123** voltuque H : vultuque PGE | nunquam H : num- PGE ‖ **128** cladis PG : -es H ‖ **129** imperii PGEH ‖ **131** toties PGE : totiens H ‖ **136** gravioremque P^2EH : -quae P^1G | **137** supplicii (-tii P) PGEH ‖ **143** immortalis PGE : -es H | subplicari P : suppl- GEH ‖ **145** suptilius PH : sub- GE ‖ **145–146** exostra PGE : exosthra H ‖ **152** ordinem GEH : hord- P ‖ **155** tyrannis PG : tir- EH ‖ **161** expectet EH : exspectet PG ‖ **162** gabini P^1 : -ii P^2GEH ‖ **165** syriam GE : siriam PH ‖ **167** pisoni P^2GEH : pissoni P^1 ‖ **168** itaque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **174** exspectandus P : expec- GEH ‖ **175** inpunitas GE : im- PH ‖ **177** optimi GE : ob- P ‖ **179** atque P^2GEH : ad- P^1 | paulo P^2GEH : paullo P^1 ‖ **188** africani PG : afficani EH ‖ **189** redisse PH : rediisse GE | imperii PGEH ‖ **194** gallia PGE : galia H ‖ **196–197** ad-fectum PH : af- GE ‖ **198** inchoavit P^1GEH : inchohavit P^2 ‖ **207** collega PGEH ‖ **208** rediit P^2GE : redit P^1H ‖ **211** rediit P^2GE : redit P^1H ‖ **215** Servilii PGEH ‖ **219** apsens P : ab- GEH ‖ **220** rediit P^2GE : redit P^1H ‖ **221** cotidie P^2GEH : cotidiae P^1 : cottidie E ‖ **227** perennis PH : perh- GE | ·C· P^1GEH : ·G· P^2 ‖ **238** cotidie P^2GH : cotidiae P^1 : cottidie E ‖ **241** adsentior P : ass- GEH ‖ **242–243** Gabinii PGEH | condemnastis EH : condempnastis PG | ·C· P^1GEH : ·G· P^2 ‖ **245** exspectem

PGE : exp- H ‖ **247** consili P^1 : -ii P^2GEH ‖ **248** optempero PH : ob- GE | adsentior P : as- GEH ‖ **249** ·C· P^1GEH : ·G· P^2 ‖ **260–261** mithridate ... mithridatico PG : mitridate ... mithridatico H : mitridate ... mitridatico E ‖ **262** adsensi P : ass- GEH ‖ **272** adfui P : affui GEH ‖ **281** omnis PGH : -es E ‖ **285** adfecta P : aff- GEH ‖ **286** pulchritudo PG : pulcri- EH ‖ **287** imperii PGEH ‖ **289** inmanius PGE *(cf. app. cr.)* ‖ **300** intellego PG : intelligo EH ‖ **303** inmensum E : im- PGH ‖ **304** maritumi PGE : -itimi H ‖ **311** extet P^1GH : exstet P^2E ‖ **313** gestumst P : gestum est GEH ‖ **315** .C. PGE : .G. H | atque P^2GEH : adque P^1 ‖ **327** adsuefecit PGE : ass- H ‖ **328** gentis PG : -es EH ‖ **332** inmanibus EH : im- PG **334** imperii PGEH ‖ **344** adstringere P^1GE : astringere P^2H ‖ **348** amplissimis GEH : ampliissimis P ‖ **349** penatis PGE : -es H ‖ **380** intellego PG : intelli- EH ‖ **383** conplexus P : com- GEH ‖ **387** optrectationem H : ob- PGE ‖ **390** atque P^2GEH : adque P^1 ‖ **395–396** contenno H : contempno G ‖ **397** atque P^2GE : adque P^1 ‖ **399** ·C· P^1G : ·G· P^2EH ‖ **406** ·C· P^1G : ·G· P^2EH ‖ **409** reprehendar GEH : reprendar P ‖ **416** adsentiebar P : as- GEH ‖ **419** opstinatione P : ob- GEH ‖ **436** reprehendatur GEH : reprendatur P ‖ **437** inprovisa PH : im- G ‖ **456** benevolentia P : beni- GEH ‖ **468–469** reprendo PG : reprehendo EH | adsumo PGE : as- H ‖ **474** inritum PH : irr- GE ‖ **483** aliquotiens EH : aliquoties PG ‖ **491** extincta GEH : exstincta P

PRO L. CORNELIO BALBO

2 corneli P^1G^1 : -ii P^2G^2EH ‖ **5** ingenii PGEH ‖ **13** suptilius H : sub- PGE ‖ **18** comprehendisset P^2GEH : compreendisset P^1 ‖ **21** inpertire P : im- GEH ‖ **27** gerundus PGH : gerendus E ‖ **28** desse G^1 : deesse PG^2EH ‖ **29** iudicii … beneficii PGEH ‖ **33** officii PGEH ‖ **40** hispania P^2G^2EH : ispania P^1G^1 ‖ **51** prestantissumi P : praestantissimi GEH ‖ **52** condemnari GE : condempnari PH | corneli G^1 : -ii PG^2EH ‖ **53** pompei P^2GE : -ii H ‖ **56** opsessionis P : ob- GEH ‖ **63** atque P^2GEH : adque P^1 ‖ **73** atque P^2GEH : adque P^1 ‖ **83** auctoritate P^2GEH : autoritate P^1 ‖ **90** repetundis PGH : repetendis E ‖ **95** rettulisset P : retu- GEH ‖ **97** consili P^1 : -ii P^2GEH ‖ **105** voltis P : vultis GEH ‖ **106** imperii PGEH ‖ **107** pompei PG^1E : -eii G^2H | diffusa GEH : difusa P ‖ **108** imperii PGEH ‖ **113** consili P : -ii GEH ‖ **115** neglexisse GEH : neglesise P^1 : neglesisse P^2 ‖ **119** acerrumum P : -imum GEH ‖ **132** iudicii PGEH ‖ **135** adulescentulo PGH : adole- E ‖ **143** optrectatorum PH : ob- GE ‖ **151** officii PGEH ‖ **153** adgrediar P : a- GEH ‖ **157** optin- PH : obtin- GE ‖ **163** Corneliị P : -ii GEH ‖ **170** inpedimento E : im- PGH ‖ **173** ii] hi PGEH ‖ **179** adscribat P : ass- GEH ‖ **183** atque GEH : adque P ‖ **184** adscivissent P^1H : assci- GE : asci- P^2 ‖ **190** adsciverunt P : asci- GE ‖ **211** adfici P : aff- GEH ‖ **217** africa

P : affrica GEH ‖ **244** inperitissime P : im- GEH ‖ **250–251** adsciscatur P^1GE : asciscatur P^2 : asscis- H ‖ **265** indemnati PGE : indempnati H ‖ **279** adscribi P^1 : asscribi GEH : ascr- P^2 ‖ **279–280** multarumque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **281** civis PH : -es GE ‖ **282** areopagitarum PH : ario- GE ‖ **283** adepti GEH : adempti P | reciperassent PH : recup- GE ‖ **289** neque P^2GEH : nequae P^1 ‖ **290** benivolentiaque P^2GEH: -quae P^1 ‖ **291** adsciscere P^1 : asci- P^2G^2E : assci- G^1H ‖ **315** inquit P^2EH : inquid P^1G ‖ **322** optestatione H : ob- PGEH ‖ **324** optestatione H : ob- PGE ‖ **335** carthago PG : karthago H : cartago E ‖ **336** imperii PGEH ‖ **361** causaque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **384** praemii GEH : proemii P ‖ **396** horatios PGE : ora- H ‖ **398** pecuniaque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **403** afris PGE : affris H ‖ **423** praemium GEH : proemium P | corneli P^1 : -ii P^2GEH ‖ **427** ·C· P^1GEH : ·G· P^2 ‖ **428** adfecerit P : aff- GEH ‖ **429** disciplinaque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **434** civi PGH : cive E ‖ **436** adficiantur P : aff- GEH ‖ **438** praesentis PE : -tes GH ‖ **442** prudentissumos P : -issimos GEH ‖ **447** tusculana P^2GEH : tuscolana P^1 ‖ **452** reprenditur P : reprehenditur GEH | ·C· PGE : ·G· H ‖ **457** condemnari E : condempnari PGH ‖ **458** mari PG^1 : marii G^2EH | condemnetur PE : condempnetur GH ‖ **461** africani PGE : aff- H ‖ **468** praemia GEH : proemia P ‖ **469** acerruma PH : acerrima GE ‖ **484** vultus PGE : voltus H ‖ **485** mari PG^1 : marii G^2EH ‖ **489** imperii PGEH ‖ **490** inmortalis G : im- PGEH ‖ **502** pompei PG^1E : pompeii G^2H ‖ **506** hasdrubalem G^2 | africano PG : aff- EH ‖ **511** ubique P^2GEH : -quae P^1 | imperii PGEH ‖ **516** adsciverunt P : asc- GH : assc- E ‖ **517** ignobilium P^2GEH : ignovilium P^1 ‖ **519** interpretationem P^2GEH : interpraet- P^1 ‖ **522** palamque loquerentur P^2GE : palamquae loquaerentur P^1H ‖ **524** foederatisque P^2GEH : -quae P^1 ‖ **527** condemnatum PE : condempnatum GH ‖ **532** columna PGE : colunna H ‖ **540** adsequi P : ass- GEH ‖ **546** iucundum H : iocundum PGE ‖ **553** cerimoniaquae P^1 (*v. app. cr.*) | adsumpta P : ass- GEH ‖ **557** precaretur GEH : praec- P ‖ **565** intellego PG : intelligo EH | minimeque P^2 : -quae P^2 ‖ **568** malivolorum GEH : male- P ‖ **572** corneli PG^1E : -ii G^2H ‖ **580** adsecutus P : ass- GEH ‖ **582** consecuntur PH : consequuntur GE ‖ **584** adsecutus P : ass- GEH ‖ **585** quanquam G : quam- PEH ‖ **588** corneli PG^1 : -ii G^2H ‖ **591** dignitatique P^2GEH : -quae P^1 ‖ **592** unquam H : um- PGE ‖ **596** lacrumis P : lacrimis GEH ‖ **606** inplicantur P : im- GEH ‖ **614** quam diu P^2GEH : camdiu P^1 ‖ **615** optenta PH : ob- GE ‖ **617** .C. P^1GH : .G. P^2E ‖ **619** aerari P : -rii GEH ‖ **622** adsentiri P : as- GEH ‖ **624** reprendo PG^1 : reprehendo G^2EH | adsentior P : ass- GEH ‖ **635** adulescens PH : ado- GE ‖ **637** consulatu PEH : conso- G ‖ **638** conplexus P : com- GEH ‖ **641** cuiquam GEH : quiquam P | talis P : -es GEH ‖ **642** .C. P^1GH : .G. P^2E | atque P^2GEH : adque P^1 ‖ **644** inmortales P : imm-GEH ‖ **659** adprobarunt P : app- GEH ‖ **662** praemio GEH : proemio P ‖ **666** pompei PG^1E : -ii G^2H

INDEX NOMINVM

quem composuit G. Duursma

ut solet, consulendus fuit D. R. Shackleton Bailey, Onomasticon to Cicero's Speeches, B. G. Teubner Stuttgart–Leipzig ²1992. – FONTES *cum sint perpauci, afferuntur infra s. vv.* Ennius, Gaditanum foedus.